


ii



VNIVERSIDAD  
D SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

255



255

2-12-3=8

~~Num. 34. cap. 2. num. 22.~~



I  
00255

*Handwritten notes in the left margin, including the number 22.*

*a. m. l.*

618549780 (1)  
618549846 (2)

IVSTINI HISTORICI CLARISSIMI IN  
TROGI POMPEII HISTORIAS EXOR  
DIVM.

**C**VM MVLTIVM EX ROMANIS ETIAM  
consularis dignitatis uiri res romanas graeco pe  
regri noq; sermone in historiam cotulissent i seu  
amulatioe gloriæ: seu uarietate & nouitate ope  
ris delectatus uir prisca eloquentiæ Trogus Pompeius gra  
cas & totius orbis historias laetio sermone composuit: ut cum  
nostra graeco: graeca quoq; nostra lingua legi possent: prorsus  
rem magnam & animi & corporis aggressus. Nam cum ple  
risq; auctoribus singulorum regum uel populorum res ge  
stas scribentibus opus suum ardui laboris uideretur: non ne  
Pompeius nobis herculea audacia orbem terrarum aggressus  
uideri debet: cuius libris omnium saeculorum: regum: natio  
num: populorumque res gestæ continentur? Et quæ histo  
rici graecorum prout commodum cuique fuit inter se grega  
tim occupauerunt: omissis quæ sine fructu erant: ea omnia  
Pompeius diuisa temporibus & serie rerum congesta com  
posuit. Horum igitur quattuor & xl. uoluminum (nam to  
tidem edidit) per ocium: quo in urbe uersabamur cognitio  
ne quæq; digna excerpti. Sed omissis his quæ nec cognoscē  
di uoluntate iucunda nec exemplo erant necessaria: breue ue  
luti corpusculum florum feci: ut haberent & qui graeca didi  
cissent: quo admonerentur: & qui non didicissent: quo istru  
erentur. Quod ad te non tam cognoscendi: q̄ emendandi  
causa transmisi: simul & ocii mei: cuius & Cato reddendam  
operam putat: apud te ratio constaret. Sufficit enim mihi in  
hoc tempore iudicium tuum apud posteros: cum obtrectati  
onis in uidia decesserit: industriae testimonium habituro.

*In historia cotulisse*

*Trogus pompeius*

*Prout conu  
fuit*

*Gregatim*

*Cognoscendi*

*Transmisi*

*Cato ocij reddenda  
opam putat*

IVSTINI HISTORICI IN POMPEII TROGI  
HISTORIAS LIBER. I.

*Handwritten signature and scribbles at the bottom of the page.*



VNIVERSIDAD  
D SALAMANCA

**P** Rincipio rerum: gentium: nationūq; imperium penes reges erat: quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis: sed spectata inter bonos moderatio prouehabat. populus nullis legibus tenebatur. arbitria principum pro legibus erant. Fines imperii tueri magisq; proferre mos erat. Intra suam cuiq; partem regna finiebantur. Primus omnium Ninus rex assyriorum ueterem & quasi autum gentium morem noua imperii cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis: & rudes adhuc ad resistendum populos terminos usq; libyæ perdomuit. Fuere quidem temporibus antiquiores Vexores rex ægypti & scythie rex Tanais: quorum alter in pontum: alter usq; ægyptū excellit. sed longiqua non finitima bella gerebāt: nec impium sibi sed populis suis gloriam quærebāt: cōtētiq; uictoria imperio abstinebant. Ninus magnitudinē quælitæ dominationis cōtinua possessione firmavit. Domitis igitur proximis cū accessione uiriū fortior ad alios transiret: & præ quæque uictoria instrumentū sequētis esset: totius orientis populos subegit. Postremū illi bellum cū zoroaste rege bethianorū fuit: qui primus dicitur artes magicas inuenisse: & mundi principia syderumq; motus diligentissime spectasse. Hoc occiso & ipse decessit: relicto impubere adhuc filio Nino & uxore Semiramide. Hæc nec immaturo puero ausa tradere imperium: nec ipsa impium palam tractare tot ac tantis gentibus uix patienter uni uiro: nedum fœminæ paritatis simulat se per uxore Nini filiū: pro fœminæ puer. Nam & statura utriq; mediocris: & uox pariter gracilis: & liniamētorū qualitas matri ac filio similis. Igitur brachia ac crura uelamētis tiara caput tegit: & ne nouo habitu aliqd occultare uideretur: eodē ornatu & populū uestiri iubet: quē morē uestis ex idē gēs uniuersa tenet. Sic primis initiis sexū mentita puer credita est. Magnas deinde res gessit: quæ amplitudine ubi inuidiā superatam putat: quæ sit fatetur: quē ue simulasset. Nec hoc illi dignitatē regni ademit: sed admirationē auxit: quæ mulier nō fœminas modo uirtute: sed etiā uiros anteiret. Hæc babyloniam condidit: murūq; urbis cocto latere circū

Ninus

nota. Semiramis

de uero filio Semiramidis

Vexores

Tanais

Zoroaster

Zoroasteres magice  
artus inuentor

decessit

Ninus. f.

Semiramis

Paritatis

Tiara unde in usū uenit  
p̄ his

Babyloniæ murus

fini. Sem. a. p.

dedit. Harena pice bitumine interstrato: quæ materia in illis locis passim e terra exæstuat. Multa alia præclara huius regis fuere. Siquidem non contenta acquisitos a uiro regni terros tueri: æthiopiā quoq; regno suo adiecit. Sed & idia bellū intulit: quo præter illā & Alexandrū magnum nemo intrauit. Ad postremum cum concubitu filii petisset: ab eodē interfecta est. ii. & xl. annos post Ninum regno potita. Filius eius Ninus contentus elaborato a parentibus imperio belli studia deposuit: & ueluti sexum cum matre mutasset: raro a uiris uisus in fœminarum turba consenuit. Posterius quoque eius exempla secuti responsa gentibus per internuncios dabant. Impium assyrii q; postea syrii dicti sūt: ānos. M. ccc. tenuere. Postremū apud eos regnauit Sardanapalus uir muliere corruptior. Ad hūc uidendum quod nemini ante eū pmissum fuerat præfectus ipsius medis præpositus nomine Arbactus: cum admitti magna ambitione ægre obtinuisset: iuenit eū inter scortorum greges: purpurā colorentē: & muliebri habitu: cum mollitia corporis & oculorū lasciuia oēs fœminas anteiret: pensa iter uirgines partiētem. Quibus uisis indignatus tali fœminæ tantū uirorum subiectū: tractatūq; lanā ferū & arma portantes parere: progressus ad socios suos: quid uiderit refert. Negat se ei parere posse: qui se fœminam malit esse q̄ uirum. Fit igitur coniuratio. Bellum Sardanapalo inferitur: quo ille audito non ut uir regnum defensurus: sed ut metu mortis mulieres solent: primo latebras circūspicit. Mox deinde cum paucis & incompositis in bellū p̄greditur. Victus in regiā se recipit: & extracta pyra se & diuitias in cēdium mittit. Hoc solo imitatū uirum. Post hæc statuitur rex interfecto eius Arbactus: qui præfectus medorum fuerat. Is imperium ab assyriis ad medos trāssert. Post multos deinde reges per ordinem successionis regnum ad Astyagen descendit. Hic per somnum uidit ex naturalibus filiæ: quam unicam habebat uitem enatam: cuius palmitē oīs Asia obūbrabatur. Consulti arioli ex eadem filia nepotē ei futurum: cuius magnitudo prænunciatur: regnūq; ei amissionē portendi responderunt. Hoc responso p̄teritus neq; claro uiro

exæstuat

Alexander

de uero filio Semiramidis

de Sardanapalo

Astyagen postea

Arbactus

Syrii dicti sunt

Sardanapalus

lus

Arbactus

Incompositus

Sardanapali

moris

quales stantibus rex

Arbactus

Arbactus rex

Astyages

Astyages

regni

Arioli

a z



neq; cui dedit filiã: ne paterna maternãq; nobilitas inopõtis  
animum extolleret: sed de gente obscura tunc tẽporis p̄larũ  
Cambyſi mediocri uiro in matrimonium tradidit. Ac nec  
Cãbyſe liquidem ſomni metu deſolito gravidã ad ſe filiã accer  
ſit: ut ſub aui potiſſimum conſpectu fœtus necaretur. Natus  
infans datur occidendus Harpago regis omnium conſiliorũ  
participi. Iſ ueritus ſi ad filiã mortuo rege ueniſſet impiũ:  
eo quod nullum Aſtyages uirilis ſexus generat: ne illa ne  
cati infantis ultionem: quã a patre non potuiſſet a miniſtro  
exigeret: paſtori regii pecoris puerum exponendũ tradidit.  
forte eodem tempore & ipſi paſtori filius natus erat. Eius  
igitur uxor audita regii infantis expoſitione ſummis precib;  
rogat ſibi offerri oſtendiq; puerum: cuius precibus fatigatus  
paſtor reuerſus in ſilvã inuenit iuxta infantẽ canẽ ſceminã  
paruulo ubera præbentem: & a feris & alitibus defendentẽ.  
Motus etiam ipſe miſericordia: qua motã ipſam canẽ uide  
rat: puerum deſert ad ſtabulũ: eadem canẽ anxie proſequẽter  
quem ut in manum mulier accepit: ueluti ad notã alluſit:  
tantuſq; in illo uigor & dulcis quidã blãdiẽtis riſus appa  
ruit: ut paſtorẽ uxor ultro rogaret: quo ſuũ partum pro illo  
exponeret: pmitteretq; ſibi ſiue fortunã ipſius ſiue ſpei ſuã  
puerum nutrire. Atque ita permutata ſorte paruulorum hic  
pro filio paſtoris educatur: ille pro nepote regis exponitur.  
Nutrici Sparcon poſtea nomen fuit: quia canem p̄la ſic uo  
cant. Puer deinde cum inter paſtores eſſet: Cyri nomen acce  
pit. Mox rex inter ludentes ſorte delectus cum per laſciuiã  
contumaces flagellis cecidiſſet a parẽtibus puerorũ querelã  
regi delata: indignantibus a ſeruo regio ingenuos homines  
ſeruilibus uerberibus affectos. Ille accerſito puero & interro  
gato: cum nihil mutato uultu feciſſe ſe ut regem reſpondiſ  
ſet: admiratus conſtantiam in memoriã ſõnii reſponſiq;  
reuocatur. Atq; ita cum & uultus & ſimilitudo & expoſito  
nis tẽpus & paſtoris conſeſſio conuenirent: nepotẽ agnouit.  
Et quoniam deſunctus ſibi ſomnio uideretur agitato inter  
paſtores regno animũ minacem duntaxat in illo fregit. Cæ  
terum Harpago amico ſuo iſeſtus in ultionem ſeruati nepo

tiſ filium eius interfecit: epulandũq; patri tradidit. Sed Har  
pagus ad præſens tempus diſſimulato dolore odium regis i  
uidicte occasionem diſtulit. Interiecto demum tempore cũ  
adoleuiſſet Cyrus dolore orbitatis admonitus ſcribit ei: ut  
relegatus in perſas ab auo fuerit: ut occidi eum paruulum  
auus iuſſerit: ut beneficio ſuo ſeruatus ſit: ut regem offende  
rit: ut filium amiſerit. Hortatur exercitum parere: & pronam  
ad regnum uiam ingrediatur: medorum tranſitionem pol  
licitus: epiſtolaq; quia palam ferri nequibat: regis cuſtodi  
bus omnem aditum obſidentibus exenſetato lepori inferi  
tur: lepũq; in p̄las Cyro ferendus fido ſeruo traditur. addi  
ta ſunt rãtia: ut ſub ſpeciem uenãtionis dolus lateret. Lectis  
ille epiſtoliſ eandem uia ſomnio aggredi iuſus eſt. Sed præ  
monitus ut quem primum poſtera die obuium haberet: ſo  
cium coeptis aſſumeret. Igitur antelucano tempore ruri iter  
ingreſſus obuium habuit ſeruũ de ergaſtulo cuiuſdã medi  
nomine Sybarẽ. Huius requiſita origine ut in perſis genitũ  
audiuit demptis compedibus aſſumptoq; comite Perſepoli  
urbem egreditur. Ibi cõuocato populo iubet omnes præſto  
cum ſecuris eſſe: & ſilvã uia circumdatã excidere: quã  
cum ſtrẽnuẽ effeciſſent: eoſdem poſtera die apparatus epuliſ  
inuitat: deinde cum alacriores ipſo conuiuio factos uideret:  
rogat: ut ſi cõditio p̄ponatur: utrius uitã ſortẽ legant heſter  
ni ne laboris an præſentiũ epulã: præſentiũ ut acclamauere  
omnes ait: heſterno ſimilem labori omnem uitã acturos  
quoad medis pareant ſe ſecutos hodiernis epuliſ. Latiſ om  
nibus medis bellum infert. Aſtyages meriti in Harpago ob  
litus ſummã belli eidem committit: qui exercitum accep  
tum ſtatim Cyro per deditiõnem tradidit: regis crudelitã  
perfidia defectionis ulciſcitur. Quod ubi Aſtyages audiuit:  
contractis undiq; auxiliis ip̄e in perſas p̄ficiſcitur: & repeti  
to alacrius certamine pugnãtib; ſuis partem exercitus a ter  
go ponit: & tergiuerſantes ferro agi in hoſtes iubet: ac nun  
ciat ſuis ni uicerint non minus fortes etiam poſt terga inue  
nturos quã frontibus uiros: proinde uideant fugientibus hæc  
an illa pugnãtib; acies rumpenda ſit. Ingens poſt neceſſi

ut puer harpagides  
referat exempla  
thyeſte

Exenterato lepori

Sybaris

Perſepolis



tatem pugnādi animus exercitui eius accessit. Pulsa itaq; cū  
perfarum acies paulatim cederet: matres & uxores eoz obuiā  
occurrunt: orant in praeliū reuertantur: cunctantib; sublata  
ueste obscena corporis ostēdunt: rogantes num ī uteros ma-  
trum uel uxorū uelint refugere. Hac repressi castigatione  
in praelium redeunt: & facta impressione quos fugiebant:  
fugere compellunt. In eo praelio Astyages capitur: cui Cyrus  
nihil aliud nisi regnum abstulit: nepotemq; in illo magis  
q̄ uictorem se gessit: eumq; maxime genti hyrcanorū prapo-  
luit. Nam ipse reuerti in medos noluit. Hic finis medorum  
imperii fuit. Regnauerunt annis. ccl. In initio regni Cyrus  
Sybarem cōptorum quem iuxta nocturnū uisum ergastulo  
liberauerat: comitemq; in omnibus rebus habuerat: Persis  
praposuit: sororemq; suam ei in matrimoniū dedit. Sed ciui-  
tates: quæ medorum tributariæ fuerant: mutato impio etiā  
conditionem suam mutatam arbitantes a Cyro defecerunt:  
quæ res multoz belloz Cyro causa & origo fuit. Domitis  
demum pleriq; cum aduersus babilonios bellū gererent:  
Babiloniis rex lydoz Cræsus: cuius opes diuitiæ insignes  
ea tempestate erant: in auxilium uenit: uictusq; iam de se soli-  
citus in regnū refugit. Cyrus quoq; post uictoriā compositis  
in babiloniam rebus bellum trāfert in lydiam. Ibi fortuna  
prioris praelii percussam iam Cræsi exercitū nullo negotio  
fundit. Cræsus ipse capitur: sed quanto bellum minoris pe-  
riculi: tanto & mitior uictoria fuit. Cræso & uita & patriōni  
partes: & urbs Berce concessa sunt: in qua & si nō regiam ui-  
tam: tamen & proximam maiestati regiæ degeret. Hac clæ-  
mentia non minus uictori q̄ uicto utilis fuit. Quippe ex uni-  
uersa græcia cognito q̄ illatum Cræso bellum esset: auxilia  
uelut ad commune extinguendum incendium confluebāt.  
Tantus Cræsi amor apud omnes urbes erat: ut passurus Cy-  
rus graue bellum græciæ fuerit: si quid in Cræsum crudeli  
us consulisset. Interiecto deinde tēpore occupato in aliis  
bellis Cyro rebellauere lydii: quibus iterum uictis arma &  
equi adēpti iussiq; cauponias ludicras artes & lenocinia exer-  
cere. Et sic gens industria quondam potens & manu stren-

Medorum Imperii finis

Sybaris

Cræsus

Nullū negotiū

Cræsus captus

Berce urbs

7  
nua effeminata mollicie luxuriaq; uirtutē pristinā perdidit.  
Et quos ante Cyrum inuictos bella præstiterant: i luxuriam  
laptos ocii ac desidia superauit. Fuere lydis multi ante Cræ-  
sum reges uariis casibus memorabiles: nullus tamen fortu-  
næ Candaules comparandus: qui cum uxorem suam: quam  
propter pulchritudinem nimium diligebat: omnib; p̄dicaret:  
non contentus uoluptatum suarum tacita cōsciētia: nisi etiā  
matrimonii reticenda publicaret: prorsus quasi silētū dānū  
pulchritudinis esset: ad postremum ut affirmationi suæ fidē  
faceret: eam Gygi sodali suo nudā demonstrauit. Quo facto  
& amicum i adulterum uxoris illectum hostem sibi fecit: &  
uxorem ueluti tradito alii amore a se alienauit. Nam breui  
post tempore cædes Candaules nuptiarum premium fuit.  
Vxor mariti sanguine dotata regnū uiri & se pariter adulte-  
ro tradidit. Cyrus subacta Asia & uniuerso oriente in pote-  
statem redacto scythis bellum intulit. Erat autē eo tempore  
scytharum regina Tomyris: quæ non muliebriter aduentu  
hostium territa cum prohibere eos posset: uadum Araxis flu-  
minis transire permisit: & sibi feliciter pugnā inter regni  
sui terminos rata: & hostib; obiectū flumis fugā difficiliōrē.  
Itaq; Cyrus trāsectis copiis cū aliquātis per in scythiam pro-  
cessisset castram etatus est. Deinde postera die cū simulato  
metu & quasi refugiens castra deseruisset: uinum affatim &  
ea quæ erant epulis necessaria reliquit. Quod cū nunciatū  
reginæ esset: adolescētulum filium ad insequendum eū cū  
tertia parte copiarum mittit. Cum uentū ad Cyri castra esset  
ignarus rei militaris adolescens ueluti ad epulas nō ad plū  
uenisset: omissis hostibus insuetos barbaros uino onerare se  
patitur. Priusq; scythæ ebrietate q̄ bello uincuntur. Nam co-  
gnitis his Cyrus reuersus per noctem faucios opprimit: om-  
nesq; scythas cum reginæ filio interficit. Amisso tanto exer-  
citu & quod grauius dolendum unico filio Tomyris orbita-  
tis dolorem nō in lachrymas effundit: sed in ulteriōs solatia  
intendit. Hostesq; recenti uictoria exultantes pari insidiarū  
fraude circūdedit. Quippe simulata diffidētia ppter uulnus  
exceptum refugiens Cyrum aduq; angustias perduxit. Ibi

Candaules

Gyges

Tomyris

Araxes fl.

Araxes fl.

a iiii

Circūdedit per  
insidiarū fraudē

Diffidentia



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

Cyri caput

Admirabiliter insignis  
Cambyfes filius cōstituitur  
Cambyfes

Apis

Cambyfes exercitus  
arenarū molibus  
obrutus

Mergides

Comaris

Horopastes

Orthani

Sagacissimus in  
coniecturas

compositis in montibus infidiis ducenta milia p̄saz cū ip̄o rege trucidauit. In qua uictoria etiā illud memorabile fuit: quod neq; nuncius tantæ cladis quidem superfuit. Caput Cyri amputatum in utrem humano sanguine repletū cōiici regina iubet cum hac exprobratione crudelitatis. Satis te sāguine inquit: quem sitisti: cuiusq; inlasiabilis semper fuisti. Cyrus regnauit annis xxx. non initio tantum regni: sed continuo totius temporis successu admirabiliter insignis. Huic successit filius Cambyfes: qui imperio patri & ægyptum adiacit: sed offensus superstitionibus ægyptiorum Ais cæterorū q; deorū ædes dirui iubet. Ad Ammonis quoq; nobillissimū templum expugnandum exercitum mittit: qui tēpestatibus & harenarum molibus oppressus interiit. Post hæc per qui etem uidit fratrem suum Mergidem regnaturū: quo somnio exterritus non dubitauit post sacrilegiæ etiam parricidiū facere. Erat enim difficile ut parceret suis: qui contemptu religionis grassatus etiam contra deos fuerat. Ad hoc tam crudele ministerium magum quēdam ex amicis delegit nomie Comarim. Interim ip̄e gladio sua sponte euaginato ī femore grauiter uulneratus occubuit: p̄nasq; luit seu impati parricidii seu sacrilegii perpetrati. Quo nuncio accepto magus ante famam amissi regis occupat facinus: p̄stratoq; Mergide cui regnum debebatur: fratrem suum subiecit Horopastem. Erat enim oris & corporis liniamentis persimilis: ac nemine subesse dolum arbitrate pro Mergide rex Horopastes constituitur. Quæ res eo occultior fuit: quod apud p̄sas personas regis sub speciem maiestatis occultitur. Igitur magi ad fauorē populi conciliandum tributa & militiæ uacationē ī trieniū remittunt: ut regnum quod fraude quæsierāt indulgētia & largitionibus cōfirmarent. quæ res suspecta primo Orthani uiro nobili & in coniectura sagacissimo fuit. Itaq; p̄ internūcios quærit a filia: quæ inter regias pellices erat: an Cyri regis filius rex esset. Et illa nec se scire ipsā ait: nec ex alia posse cognoscere: quia singulæ seperatim recludantur. Tum per tractare dormienti caput iubet. Nam mago Cambyfes aures utraq; præciderat. Factus deinde per filiam certior sine au-

ribus esse regem optimatibus persarum rem indicat: & in eadem falsi regis impulsos sacramento religionis obstringit. Septem tantum conscii fuere huius coniurationis: qui ex cōtinenti ne dato in p̄nitentiam spatio res per quēq; narraretur: occultato sub ueste ferro ad regiā pergunt. Ibi obuiis iterfectis ad magos perueniunt. Quibus ne ipsis quē animus in auxilium suum defuit. Siquidem stricto ferro duos de cōiuratis interficiunt. Ipsi tamen corripuntur a pluribus: quorum alterum Gobryas amplexus magum cunctantibus sociis ne ipsum pro mago transfoderent: quia res obscuro locogerebatur: uel per suum corpus adigi mago ferrum iussit. Fortuna tamen ita regente illo incolumi magus interficitur. Occisis magis magna quidem gloria recuperati regni principum fuit: sed multo maior in eo: quod cum de regno ambigerent concordare potuerunt. Erant enim & uirtute & nobilitate ita pares: ut difficilem ex his populo electionem æq̄litas faceret. Ipsi igitur uiam inuenerunt: qua de se iudicium religioni & fortunæ committerent. Pacti inter se sunt: & statuta omnes equos ante regiā primo mane perducerent: & cuius equus ante solis ortum hinnitum prius edissetis rex esset. Nam & solem unum deū persæ esse credunt: & eques eidem deo sacros ferunt. Erat inter cōiuratos Darius Hy-  
staspis filius: cui de regno sollicito equi custos ait: si ea res uictoriam moraretur: nil negocii superesse: p̄inde nocte equā p̄ die ante constitutā diem ad eundē locū ducit: ibiq; equæ equum admittit: ratus ex uoluptate ueneris futurum: quod euenit. Postera die cum ad statutam horam omēs uenissent: Darii equus cognito loco ex desiderio fæminæ hinitū statim edidit: & segnibus aliis felix auspiciū domino primū emisit. Tanta moderatio cæteris fuit: ut audito auspicio confestim equis desilierit: & Dariū regem salutarin: populus quoq; uniuersus secutus iudiciū principum eundē constituit regē. Sic regnum persarum septē nobilissimorū uirtute quæsitum tam leui memento in unum collatum est: Incredibile p̄sus pro tanta pietate gessisse eos: quod ut eriperent a magis: mori non recusarent: quā propter formam uirtutēq; hoc imperio

Obstringit sacramento

Pœnitentiæ

Stricto ferro

Gobryas

Concordare

Darius f

Hystaspes

equus darii dedit hinitum



dignam & cognatio Dario iuncta cum pristinis regib<sup>9</sup> fuit. Principio igitur regni Cyri regis filiam regalibus nuptiis regnum firmaturus in matrimonium recepit: ut non tam extraneum translatum quam in familiam Cyri reuersum uideretur. Interiecto deinde tempore cum assyrii descuissent: & babiloniam occupassent: difficilisque urbis expugnatio esset: astu ante rege unus de interfectoibus magorum Zopyrus nomine se uerberibus lacerari toto corpore iubet. Nasum & labia & aures sibi praecidit: atque ita regi inopinanti se offert. Attonitum & quaerentem Darium causas auctoremque tam foede lacerationis tacitus quo proposito fecerit: edocet. formatoque in futurum consilio transfugae titulo babiloniam proficiscitur. Ibi ostendit populo laniatum corpus. Queritur crudelitatem regis a quo in regni portione non uirtute sed auspicio: non iudicio hominum sed hinc equi superatus sit. Iubet illos ex amicis exemplum capere quid hostibus cauendum sit. Hortatur ne moribus magis quam armis confidant: patientiisque se commune bellum recentiore ira gerere. Nota nobilitas uiri pariter & uirtus omnibus erat nec de fide timebant: cuius ueluti pignora uulnera corporis & iniuriae notas habebant. Constituitur ergo dux omnium suffragio & accepta parua manu semel atque iterum cedentibus ex consulto praesens secunda praesentia fecit. Ad postremum uniuersum sibi creditum exercitum regi prodidit: urbemque ipsam in potestatem eius redegit. Post haec Darius rex bellum scythis infert: quod sequenti uoluntate referetur.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER RECVNDVS.

**I**N Relatione rerum a scythis gestarum: quae satis amplae magnificaeque fuerunt: principia ab origine repetendum est. Non enim minus illustria initia quam imperium habuere: nec uirorum imperio magis quam foeminarum uirtutibus claruere. Quippe cum ipsi parthos babiloniosque foeminae autem eorum amazonum regna condiderint: prorsus ut res gestas uirorum mulierumque considerantibus incertum sit: inter apud eos sexus illustrior fuerit. Scy

Zopyrus facinus  
edidit memorandu

Zopyrus

tharum gens antiquissima semper habitata: quae inter scythas & aegyptios diu contentio de generis uetustate fuerit. aegyptiis praedicantibus initio rerum cum aliae terrae nimio feruore solis arderent: aliae rigerent frigoris immanitate: ita ut non modo generare homines sed ne adueas quidem recipere ac tueri possent: priusquam aduersus calorem: uel frigus uelamenta corporis inuenirentur: uel locorum uitia quaesitis arte remediis mollirentur. Aegyptum ita temperatam semper fuisse: ut neque hyberna frigora nec aestiui solis ardores incolas eius premerent. Solum ita fecundum: ut alimentorum nulla terra feracior sit in usus hominum. Iure igitur ibi primum homines natos uideri debere: ubi educari facillime possent. Contra scythae caeli temperamentum nullum esse uetustatis argumentum putabant. Quippe naturam cum primum incrementa caloris & frigoris regionibus distinxerit: statim ad locorum patientiam animalia quoque generasse: sed arborum atque frugum pro regionum conditione apte genera uariata. Et quanto scythis sit caelum asperius quam aegyptiis: tanto & corpora & ingenia esse duriora. Caeterum si mundi quae nunc partes sunt: aliquando unitas fuit: siue illuies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit: siue ignis: qui & mundum genuit: cuncta possedit: utriusque primordii scythas origine praestare. Nam si ignis prima possessio rerum fuit: qui paulatim extinctus sedem terris dedit nullam priusquam septentrionalem partem hyemis frigore ab igne secretam: adeo ut nunc quoque nulla magis rigeat frigoribus. Aegyptum uerum & totum orientem tardissime temperatum: quippe qui etiam nunc torrenti calore solis exestuet. Quod si oes quondam terrae summersae profundo fuerunt: profecto editissimam quamque partem decurrentibus aquis prius detectam: humillimo autem solo eandem aqua diutissime immorata. Et quanto prior quaeque pars terrarum siccata sit: tanto prius animalia generare coepisse. Porro scythiam adeo editiorem omnibus terris esse: ut cuncta flumina ibi nata in mare maeoticum: tum deinde in ponticum & in aegyptium mare decurrant. Aegyptum autem quae tot regum tot saeculorum cura impensaque munita sit: & aduersus uim decurrentium aquarum

contentio de uetustate

Contentio inter scythas & aegyptios de antiquitate

homines primum nati fuerunt in aegypto

prima possessio





Scythiae descriptio

Scytharum mores

Murinis pellibus

Diuitiarum cupido ibi est  
ubi & usus

Proficit in illis plus uitio  
quam ignorantia

Alexandri magni Cepyro  
dux Cepyro  
cum uniuerso exer  
citu a scythis deletus

Parthici & bactriani  
impii a scythis conditi

tantis instructa molibus tot fossis cōcisa ut cū his arceantur  
illis recipiatur aqua: nihilominus coli nisi excluso nilo nō  
potuerit: nec possit uideri hominum uetustate ultimā: quae  
exaggerationibus regum siue nili trahentis limum terrarū  
recentissima uideatur. His igitur argumentis superatis aegy  
ptiis antiquiores semper scythae uisi. Scythia in orientē por  
recta iucluditur ab uno latere ponto: & ab altero montibus  
riphæis. A tergo asia & phasi flumine multū in longitudi  
nē & latitudinē patet. Hominib⁹ iter se fines nulli: neq; enī  
agrum exercent: nec domus illis ulla aut tectum aut sedes ē.  
Armenta & pecora semper pascentibus & per incultas solitu  
dines errare solitis: uxores liberosq; secum plaustris uehunt.  
Quibus coriis Imbrium hyemisq; causa tectis pro domib⁹  
utuntur. Iustitia gentis ingeniis culta non legibus. Nullum  
scelus apud eos furto graui⁹: quippe sine tecto munimētoq;  
pecora & armenta habentibus: quid saluum esset. si furari li  
ceret. Aurum & argentum perinde aspernantur: ac reliqui  
mortales appetunt: lacte & melle uescuntur. Lanæ iis usus  
ac uestium ignotus. & quanq̄ continuis frigoribus urantur:  
pellibus tamen ferinis aut murinis uestiuntur. Hæc continē  
tia illis: morum quoq; iustitiā dedit nihil alienū cōcupiscē  
tibus. Quippe diuitiarum cupido ibi est: ubi & usus. Atq; uti  
nam reliquis mortalibus similis moderatio & abstinentia  
alieni foret. Profecto non bellorum tantum per oīa sæcula  
terris omnibus continuaretur. neq; plus hominū ferrum  
& arma q̄ naturalis fatore conditio raperet. Prorsus ut admi  
rabile uideatur hoc illis naturam dare: quod græci longa sa  
piētum doctrina præceptisq; philosophorum cōseq nequnt:  
cultosq; mores incultæ barbariæ collatione superari. Tanto  
plus in illis proficit uitioꝝ ignorantio q̄ in his cognitio uirtu  
tis. Imperium asiæ ter quæsiuere scythe. ipsi ppetuo ab aliēo  
imperio aut intacti aut inuicti mansere. Darium regē persarum  
turpi a scythia summouere fuga. Cyrum cū omni exer  
citu trucidarunt. Alexandri magni ducem Cepyronam  
pari ratione cum copiis uniuersis deleuerunt. Romano  
rum audiuerunt: non sensere arma. Mox parthicum & bactri

anum imperiū ipsi condiderunt: gens & laboribus & bellis  
aspera. Vires corporum immensa: nihil paratiere: quod amit  
tere timeant. nihil uictores præter gloriam concupiscunt. Pri  
mus scythis bellū idixit Vexores rex aegyptius missis prius  
legatis: q; hostibus parēdi legē diceret. Sed Scythæ iā atea de  
aduētū regis a finitimis certiores facti legatis respōdēt. Tam  
opulētī populi ducē stolide aduersus iopes occupasse bellū:  
quod magis dōi fuerit illi timendū: qd belli certamē aiceps:  
p̄mia uictoriæ nulla: dāna manifesta sint. Igitur nō expecta  
tuos scythas: ut ad se ueniat: cū tāto sibi in hoste plura cō  
cupiscēda sint: ultroque prodituros obuiam. Nec dicto res  
morata: quos cum tantā celeritate uenire rex didicisset: in fu  
gam uertitur: & exercitū cum omni apparatu belli relicto in  
regnum trepidus se recepit. Scythas ab aegypto paludes pro  
hibuere. Exinde reuersi asiam perdomitam uestigalem fece  
unt: modico tributo magis in titulum imperii q̄ in uictoriæ  
premiū imposito quindecim annis pacādæ asiæ morati:  
Vxorū flagitatione reuocantur: per legatos denunciatiū  
ni redeant: sobolem se ex finitimis quæsituras: nec passuras  
ut in posteritatem scytharum genus per fœminas iteridat.  
His igitur asia per mille quingentos annos uestigalis fuit:  
pendendi tributi finē Ninus rex assyriorum imposuit. Sed  
apud scythas medio tempore duo regii iuuenes Plinos &  
Scholopytus per factionem optimatum domo pulli ingētē  
iuuentutem secum traxere. & in cappadociæ ora iuxta amnē  
thermodoonta confedere: subiectosq; thermis cyraeos cāpos  
occupauere. Ibi per multos annos spoliare finitimos cōsueti:  
conspiratione populorum per insidias trucidantur. Horum  
uxores cum uiderēt exilio suo additā orbitatē arma sūpsere:  
sinesq; suos sūmouentes priō mox inferētes bella defendūt.  
Nubendi quoq; finitimis animum omisere seruitutem nō  
matrimonium appellantes: singulare omnium sæculorum  
exemplum. Auxere rempublicam sine uiris: iam etiam cum  
contemptu uirorum se tuentur. & ne feliciores aliæ aliis ui  
derētur: uiros: qui domi remanserant: interficiūt. Vlticnem  
quoq; cæloꝝ cōiugū excidio finitimoz sequuntur. Tūc pace

Vexores

Plinos  
Scolopytus

Thermodo fl.  
Thermis cyrei capi



armis quaesita ne gēs interiret: cōcubitū finitimorū ineūt. Si  
q̄ mares nacerētur: interficiebantur. Virgines in eūdem ipsū  
morem non ocio neq; lanificio: sed armis: equis: uenatiōib⁹  
exercebāt. in iustis ifantiū dexteriorib⁹ māmis: ne sagitaz̄ ia  
ctus ipediretur: uide amazōes dictā sūt. Duæ regīæ his fuere  
Marthesia & lāpedo: quæ ī duas ptes agmine diuiso iclytæ  
iam opibus uicibus gerebant bella sollicitæ terminos alter  
nos defendentes: & ne successus deesset auctoritas generā  
tas se marte prædicabant. Itaq; maiore parte Europæ subac  
ta asiæ quoq; nonnullas ciuitates occupauere. Ibi epheso  
multisq; aliis urbibus conditis ptem exercitus cum ingēti p  
da domū remittunt. Reliquæ quæ ad tuendum asiæ ipeniū  
remanferant: concursu barbaroz̄ cū Marthesia regīa iterfici  
untur. In cuius locū filia eius Orithyia regno succedit. Cui  
præter singularem belli industriam eximia seruata: ī omne  
æuum uirginitatis admiratio fuit. Huius uirtute tantum ad  
ditum gloriæ & famæ amazonibus est: ut Herculi rex cui  
xii. stipendia debebat: quasi impossibile iperauerit: ut arma  
reginæ amazonū sibi afferret. Igitur eo pfect⁹ longis nouē  
nauib⁹ comitante principū græciæ iuuētute iopinātes aggre  
ditur. Duæ ex quattuor tūc sorores amazonū regna tracta  
bāt: Antiope & Orithyia: q̄z Orithyia foris bellū gerebat. Igi  
tur cū Hercules ad litt⁹ amazonū applicuisset ifrequēs mul  
tudo cū Antiope regīa nihil hostile metuēte erat. Quare  
effectū ē ut pauca repētino tumultu excitata: arma sumerēt:  
facilēq; uictoriā hostibus darent. Multæ itaq; cæsa captæq;  
ī his duæ captæ sunt Antiope sorores Menalippe ab Hercu  
le Hippolyte a Theseo. Sed Theseus obtentā ipremiū capti  
uam eandem in matrimonium assumit: ex ea genuit Hippo  
lytum. Hercules post uictoriā Menalippen captiuā sorori  
reddidit: & pretium arma reginæ accepit. Atq; ita imperio  
functus ad regē reuertitur. Sed Orithyia ubi cōperit bellum  
sororibus illatum & raptorem esse atheniensium p̄cipem:  
hortatur comites in ultionem: frustra q; ponti sinum & aliā  
domitam esse dicit: si græcorum non tam bellis quā rapinis  
pateant. Auxilium deinde a sagillo rege scytarum petit.

Marthesia  
Lampedo

Ephesus conuicta ab ama  
zombus

Orithyia

Antiope

Menalippe

Hippolyte

Theseus

Hippolyte

Antiope  
comites in ultionem

Genus se scytharum esse: cladem uirorū: necessitatem armo  
rum: belli causas ostendit. affecutaque uirtute ne segniores  
uiris foeminas habere scythæ uideantur. Motus ille dome  
stica gloria mittit cum ingenti equitatu filium Penaxago  
ram in auxilium. Sed ante prælium dissensione orta ab au  
xiliis desertæ bello ab atheniensibus uincuntur. Receptaculū  
tamen habuere castra sociorum: quorum auxiliis intactæ  
ab aliis gentibus in regnum reuertuntur. Post Orithiam  
Pantefilea regno potita est: cuius troiano bello inter fortif  
simos uiros cum auxilium aduersos græcos ferret magna  
uirtutis documenta extitere. Interfecta demū Pantefilea exer  
cituq; ei⁹ assumpto pauca quæ remanserant: gre se aduer  
sus finitimos defendentes usq; ad tempora Alexandri ma  
gni durauerunt. Harum Minithia siue Calestris regina con  
cubitu Alexandri per dies. xiiii. ad sobolem ex eo generan  
dam obtento reuerfa in regnum breui post tempore cū om  
ni amazonum nomine intercidit. Scythæ autem tertia expe  
ditione asiatica cum annis. vii. a coniugibus & liberis abfuis  
sent seruili bello domi excipiuntur. Quippe coniuges eo  
rū longa expectatione uirorū fessæ: nec iam teneri bello sed  
deletos ratæ seruis ad custodiam pecoris relictis nubūt: qui  
reuerfos cū uictoria dominos uelut aduenas armati finib⁹  
prohibent. Quibus cum uaria uictoria fuisset: admonentur  
Scythæ mutare genus pugnæ: memores non cum hostibus  
sed cum seruis preliandum: nec armorū sed dominorū iure  
uincendos: uerbera in aciem non tela ferenda: omissoque  
ferro uirgas & flagella cæteraque seruilis metus paranda in  
strumenta. Probato omnes consilio instructi sicut p̄ceptum  
erat: posteaq; ad hostes accessere inopinantib⁹ uerbera inten  
rant: adeoq; illos perturbant: ut quos ferro non poterant me  
ru uerberum uincerent: fugamq; non ut hostes uicti: sed ut  
fugitiui serui capefferēt: quicūq; capi potuerūt: supplicia cru  
cibus luerunt. Mulieres quoq; male sibi conscia: partim fer  
ro: partim suspēdio uitā finierūt. Post hoc apud scythas pax  
fuit usq; tempora Lanthini regis. huic Darius rex persarum:  
sicut supra dictum est: cū filia eius nuptias non obtinuisset:

Penaxagoras

Pantefilea

Minithia siue  
Calestris

Scythæ

Nota historia p̄oro nale  
rio flacco. nunc etia  
metuentes uerbera  
turmas

Lanthinus  
Darius



VNIVERSIDAD  
D SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

bellum intulit: & armatis septingentis milibus hominum scythia ingressus non facientibus hostibus pugnae potestate metuens ne interrupto pote istri reditus sibi intercluderetur: amissis nonaginta milibus hominum trepide refugit: quae iactura habundante multitudine iter dana numerata non est. Inde asiam & macedoniam domuit. Ionas quoque navali periculo superat. Demum cognito quod athenienses Ioniis auxilium contra se tulissent: omnem impetum belli in eos convertit. Nunc quoniam ad bella Atheniensium ventum est: quae non modo ultra spem gerendi verum etiam ultra gestu fidem parata sunt operamque atheniensium effectu maiora quam uoto fuerunt: paucis uerbis origo repetenda est: quia non ut caeterae gentes a sordidus initiis ad summam creuere. Soli enim praeterquam in cremento etiam origine gloriantur. Quippe non aduenae neque passim collecta populi colluuiem originem urbi dedit: sed in eodem nati solo: quod incolunt: & quae illis sedes eadem origo est. Primi lanificii & olei & uini usum docuerunt: arare quoque & serere frumenta glauca uescentibus monstrauerunt: litterae certe ac facundia & hic civilis ordo disciplinae ueluti templum athenas habent. Ante Deucalionis tempora regem habuere Cecropem: quem: ut omnis antiquitas fabulata est: biforem perdidit: quia prius mare foeminae matrimonio iunxit. Huic successit Granus: cuius filia athis regioni nomen dedit. Post hunc Amphionides regnauit: qui primus Mineruae urbem sacrauit: & nomen ciuitati Athenas dedit. Huius temporibus aquarum illuuiem maiorem partem graeciae absumpsit. Superfuerunt quos refugia montium receperunt: aut ad regem Thesaliarum Deucalionem ratibus uecti sunt: a quo praeterea genus hominum conditum dicitur per ordinem deinde successione regnum ad Herethaem descendit: sub quo frumenti satio apud eleusina a Triptolemo reperta. in cuius muneris honorem noctes initiorum sacratae. Tenuit & Aegeus Thesei pater Athenis regnum: a quo per diuortium decedens Medea propter adultam priuigni aetatem colchos cum Medo filio ex Aegaeo suscepto concessit. Post Aegaeum Theseus ac deinde post Thesei filius demophon: qui auxilium graecis aduersus

Atheniensium origo

~~Deucalio~~  
~~Amphionides~~

Deucalio

Cecrops

Primus Cecrops mare & foemina matrimonio iunxit

Granus

Amphionides

Athis unde dicta attica

Athis

Amphionides

Amphionides

~~Amphionides~~

Athenis quod primus nomen inducit

Cecrops

Eleusis

Eleusis

Triptolemus

Aegeus

Theseus

Medea

Demophon

troianos tulit: regnum possedit. Erant inter athenienses & Dorienses similitudine ueteres offensa: quas uindicaturi bello Dorienses de euentu belli oracula consuluerunt: responsum superioris fore: nisi regem atheniensium occidisset. Cum uerum esset in plerumque militibus ante omnia custodia regis praecipitur. Atheniensibus eo tempore rex Codrus erat: & responso dei & praecipitis hostium cognitis permutato regis habitu paucosus sarmeta collo gerens castra hostium ingreditur. Ibi in turba obsistit a milite: quem falce astu uulnerauerat: interficitur. Cognito regis corpore Dorienses sine praelio discedunt. Atque ita Athenienses uirtute ducis pro salute patriae morti se offerentis bello liberantur. Post Codrum nemo Athis regnauit: quod memoriae nominis eius tributum est. Administratio reipublicae annuis magistratibus permissa est. Sed ciuitati nullae leges tunc erant: quae libido regum per legibus habebatur. Eligitur itaque Solon uir iusticia insignis: qui uelut nouam ciuitatem legibus condiderat: quae tanto temperamento iter plebem senatumque egit: cum si quid per altero ordine tulisset: alteri displicere uideretur: ut ab utroque parte gratiam traheret. Huius uiri iter multa egregia & istud memorabile fuit: iter Athenienses & Megareses de proprietate salaminiae insulae peruenit usque ad iteritum armis dimicatum fuerat. Post clades multas capitale esse apud Athenienses cepit: si quis legem de uindicanda insula tulisset. Sollicitus igitur Solon ne aut tacendo periculum reipublicae consulere: aut celandum periculum sibi afferret: subita demerentia simulat: cuius uenia non dicturus modo prohibita sed facturus erat. Deformis habitu more uacordium in publicum euolat: factoque concursu hominum quo magis consilium dissimularet insolentis sibi uersibus suadere populo cepit: quod uerebatur: omniumque animos ita cepit: ut exemplo bellum aduersus megareses decerneretur: insulaque deuictis hostibus Atheniensium fieret. Interea megareses memores illati ab atheniensibus belli: & ueritatem ne frustra arma mouisse uideretur: matronas atheniensium in eleusinis factis noctu oppressuri naues ascendunt. quae re cognita dux atheniensium Pisistratus iuuentute in insidiis collocatus: missis maronibus solito clamore ac strepitu est in accessu hostium ne intellectos se sentiant sacra celebrare egressosque nauibus megareses opinantur

Dorienses

~~Codrus~~  
Codrus

Solon

Salaminis insula

~~Simulatio demerentia~~

Uersus Soloni insueti

Pisistratus



res aggressus deleuit: ac protin<sup>9</sup> classe captiua itermixtis mu-  
lierib<sup>9</sup> ut speciem captiuarū matronarū præberent: Megarā  
contendit. Illi & cū nauīū formā & petitā pdam agnoscerēt:  
obuii ad portū pcedūt: quibus cæsis Pisistratus & paululū  
a capiēda urbe abfuit. Ita megarenfes suis dolis hosti uicto-  
riam dedere. Sed pisistratus quasi sibi non patriæ uicisset: ti-  
rannidem per dolum occupat. Quippe uerberibus uolunta-  
riis domi affectus laceratoq; corpore ī publicū progreditur:  
& aduocata concōne uulnera populo ostendit: de crudelitate  
principū: a quibus hoc se passum simulabat. queritur: addū-  
tur uocibus lachrymæ: & inuidiosa oratōe multitudo credu-  
la incenditur: amore plebis iūisū se senatui affirmat: obtinet:  
ad custodiam corporis sui satellitū auxilium: per quos occu-  
pata Tyrannide per annos. xxxiiii. regnauit. Post cui<sup>9</sup> mor-  
tem Diocles alter ex filiis per uim stuprata uirgine a fratre  
puelle interficitur. Alter Hippias noīe cū imperiū paternū  
teneret: interfectorem fratris compræhendi iubet: qui cum  
per tormenta conscios cædis nominare cogetetur: omēs ami-  
cos tyranni nominauit: quib<sup>9</sup> interfectis quærenti tyrāno an-  
adhuc reliqui conscii essent: nemo ait: superest: quē amplius  
mori gestiam q̄ ipsū tyrannū: qua uoce eiusdē tyrāni se uicto-  
rem post uindictā pudicitæ sororis ostēdit. Huius uirtute  
cū admōita ciuitas libertatis esset: tādē Hippias regno pul-  
sus in exiliū agitur: qui profectus ī perlas ducem se Dario ī-  
ferenti atheniensibus bellū. sicuti supra significatū ē: aduer-  
sus patriā suā offert. Igitur atheniensēs audito Darii aduentu  
auxilium a lacedæoniis socia tūc ciuitate petierunt: quos ubi  
uiderūt q̄tridui teneri religiōe: nō expectato auxilio īstructis  
decem millibus ciuiū & platēsis auxiliariis mile aduersus  
sexcenta milia hostium in campos marathonios in prelium  
egrediuntur. Milciades & dux belli erat & auctor non expe-  
ctandi auxiliū: quem tanta fiducia ceperat. ut plus presidii  
in celeritate quam in sociis duceret. Magna igitur currētib<sup>9</sup>  
in pugnam alacritas animorū fuit: adeo ut cum mile passus  
inter duas acies essent: citato cursu ante iactus sagiptarū ad  
hostem uenirent. nec audaciæ eius euentus defuit. Pugnātū

Credula multitudo

Diocles

Hippias

Diocles

Hippias

regno

Hippias regno pulsus du-  
cē se dario prebuit infere-  
di atheniensibus belli

in marathonijs campi

Milciades

// naufragio

est enim tanta uirtute: ut hinc uirōs inde pecudes putares.  
uicti perlas ī naues cōfugerunt: ex quibus multae suppressæ:  
multae captæ. In eo plio tāta uirtus singulorū fuit: ut cuius  
laus prima esset: difficile iudiciū uideretur. iter caeteros tamē  
Themistoclis adolescētis gloria emicuit: ī quo iā tūc idoles  
futuræ imperatoriae uirtutis apparuit: Cynigeri quoq; mili-  
tis atheniēsis gloria magnis scriptorū laudibus celebrata ē: q̄  
post plii inumeras caedes cū fugiētes hostes ad naues egis-  
sent: onustā nauē dextra manu tenuit: nec prius dimisit: q̄  
manū amitteret. Tum quoq; amputata dextra nauē sinistra  
cōpræhēdit: quā & ipsam cū amisisset: ad postremū morfu  
nauē detinuit. Tantā in eo uirtutē fuisse: ut nō tot caedibus  
fatigatus: nō ābabus māibus amissis uictus ad postremū  
trūcus & ueluti rabida fera dētibus dimicauerit: ducēta mil-  
lia p̄las eo praelio sine nauigio amiserit. Cecidit & Hippias  
tyrānus Atheniēsis auctor & cō-itor eius belli diis patriæ  
ultoribus p̄enas repetētibus. Interea & Darius cū bellū re-  
stauraret: ī ipso apparatu decidit: relictis multis filiis & ī reg-  
& ante regnum susceptis. Ex his Arthemēnes maximus natu-  
aetatis p̄uilegio regnū sibi uindicabat: quo dius & ordo nascē-  
tibus & natura ipsa gētibus dedit. Porro Xerxes cōtrouersiā  
nō de ordie sed de nascēdi felicitate referebat. Nā q̄d arthe-  
menē primū quidē Dario sed priuato puēisse: le regi primū  
natū: fratres itaq; suos q̄ ante geniti essent puato priuatū pa-  
trimoniū quod eo tēpore Darius habuisset: nō regnum sibi  
uēdicare posse: se esse primū: quem in regnū rex pater sustu-  
lerit. Huc accedere quod Arthemēnes nō patre tantum. sed  
& matre priuate adhuc fortunæ auo quoq; materno puato  
creatus sit: se uero & matre regina natum: & patrem non nisi  
regem uidisse: auum quoq; maternum Cyrum regem ha-  
buisse non heredem: sed conditorem tanti regni. Itaq; & si  
aequo iure utrūq; fratrem pater reliquisset: materno se tamē  
iure & auito uincere. Hoc certamē cōcordi animo ad patruū  
suum Anafarnem ueluti ad domesticum iudicem deferunt:  
qui domi cognita causa Xerxem praeposuit: adeoq; fraterna  
cōtentio fuit: ut nec uictor insultauerit: nec uictus idoluerit

Themistocles

Cynigeri

Themistocles

Cynegicus

Hippias mors

regno

Atheniensibus

Restauraret

ipso apparatu

decidit

Arthemēnes

Xerxes

Xerxes

regno

Atheniensibus

Anafarnem

// Nanq:



VNIVERSIDAD  
D SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

iploq; litis tempore iuicē mūnerā miserint: & iucūdā quoq;  
 inter se nō solū credula conuiuia habuerint. Iudiciū quo  
 que ipsū sine arbitris sine conuicio fuerit. Tāto moderatius  
 tum fratres inter se regna maxima diuidebant: quāto nunc  
 exigua patrimonāia partiūtur. Igitur Xerxes bellum a patre  
 acceptum aduersus grāciā p̄ quinqueniū instruxit. Quod  
 ubi primū didicit Demactus rex lacedæmoniōz: qui apud  
 Xerxem exulabat: amicior patriæ post fugā quam regi post  
 beneficia: ne inopināto bello opprimerentur: oīa in tabellis  
 ligneis magistratibus p̄scripsit: easdemq; cæra super inducta  
 delet: ne aut scriptura sine tegmine iudiciū daret: aut recens  
 cære dolum proderet. Fido deinde seruo perferendas tradit:  
 iusso magistratibus spartanōz tradere. quibus platis lacedæ  
 monā quæstioi res diu fuit: quod neq; scriptum aliqd uide  
 rent: nec frustra missas suspicarentur: tantoq; rem maiorem:  
 quanto sit occultior putabāt. Herentibus in cōiectura uiris  
 soror regis leonidæ consiliū scribētis inuenit. Erasa igitur  
 cæra belli cōsilia detegūtur. Iam Xerxes septingentā millia  
 de regnō armauerat: & trecenta millia de auxiliis: ut nō in  
 merito p̄ditum sit: fluā ab exercitu eius siccata: grāciamq;  
 omnem uis capei exercitū eius potuisse. Naues q; oq; decies  
 cētū millia numero habuisse dicitur. Huic tāto agmini dux  
 abfuit. Cæterum si regem spectes: diuitias nō ducē laudes:  
 quarum tantā cōpia in regno eius fuit: ut cum flumina mul  
 titudine cōsumerētur: opes tamē regis superessent. Ipse autē  
 primus ī fuga: postremus ī p̄lio semp uisus ē in periculis  
 timidus: sicubi metus abesset inflatus. Deniq; ante experimē  
 tū belli fiducia uiriū ueluti naturæ ipius dominus & mōtes  
 in planum deducebat & cōuexa nalliū æquabat: & quædam  
 maria pōtib; sternebat: quædam ad nauigationis cōmodū  
 per compendium ducebat: cuius introitus ī grāciam q̄ terri  
 bilis: tam turpis ac fœdus discessus fuit. Nāq; cum Leonidæ  
 rex spartanōrū cum quattuor millibus militū āgustias ther  
mopylarum occupasset: Xerxes cōtemptu paucitatis eōs pu  
 gnā capescere iubet: quoq; cognati Marathonā pugna iter  
 facti fuerunt: qui dum ulcisci suos quærunt: p̄cipiū cladis

*Demactus*

*Leonidæ regis soror cōsiliū  
 scribentis inuenit. uide  
 dū igitur an hæc sit littera  
 Leonidæ de q̄ in regis  
 epigrammatis*

*Leonides*

*Thermopylarum  
 angustis*

fuere: succedente deinde inuiti turbā maior cædes æditur:  
 Triduo ibi cū dolore & indignatiōe per saḡ dimicatū. quarto  
 die cum nunciatum esset Leonidæ a. xx. millibus hostium  
 summū cacumen teneri: tunc ortatur socios recedāt: & se ad  
 meliora patriæ tēpora referent: sibi cum spartanis fortunā  
 experiendam: plura patriæ q̄ uitæ debere: cæteros ad p̄si  
 dia grāciæ seruandos. Audito regis ip̄erio discessere cæteri:  
 soli lacedæmonii remanserūt. Inuitio huius belli sciscitātib;us  
 delphis oracula responsū fuerat: aut regi spartanorum: aut  
 urbi cadendū. Et idcirco cum rex leonides in bellū p̄ficisce  
 retur: ita suos firmauerat: ut regem se parato ad moriendum  
 animo scirent. Angustias præterea occupauerat: ut cū paucis  
 aut maiore gloria uinceret: aut minore damno rei publicæ ca  
 deret. Dimissis igitur sociis: hortatur spartanos: meminerit:  
 qualitercunq; p̄liarentur: cadendum esse: cauerent: ne for  
 tius mansisse q̄ dimicasse uideātur: nec expectandum ut ab  
 hoste circūuenirentur: sed cum nox occasionem daret securis  
 & lætis superueniendum: nusq; uictores honestius q̄ ī castris  
 hostium perituros: Nihil erat difficile persuadere persuasis  
 mori. statim arma capiunt: & sexcenti uiri castra quingētorū  
 milliū irrūpunt. Statimq; regis p̄torium petunt: aut cum  
 illo aut si ipsi oppressi essēt: ipsi potissimū sede morituri.  
 Tumultus totis castris oritur. Spartani posteaq; regem non  
 inueniūt: p̄ oīa castra uictores uagātur: cedūt sternūtq; oīa ut  
 q̄ sciāt se pugnare. nō spe uictoriæ sed ī mortis ulitiōe. P̄liū  
 a p̄cipio noctis ī maiore p̄te diei tractū. Ad postremū non  
 uicti sed uincēdo fatigati iter igētes stratorū hostiū cateruas  
 occiderunt. Xerxes duobus uulneribus terrestri p̄lio ac  
 ceptis expiri maris fortunā statuit. Sed Athēsiū dux Thēi  
 stocles cū aīaduertisset Ionas: p̄pter quos bellū p̄ saḡ rex sus  
 cepat: ī auxiliū regis classe uēisse: sollicitare eos ī p̄tes suas sta  
 tuit. Et cū colloquēdi copiā nō haberēt: quo applicituri erāt:  
 symbolos p̄poni: & saxis p̄scribi curat. Quæ uos Iones de  
 dementia tenet: quod facinus agitatis: bellū inferre olī cōdi  
 toribus uestris nup̄ etiā uindicib; cogitatis. An ideo mœnia  
 uestra condidimus: ut essent: qui nostra deleterent: quid si non

*Qualitercunq;*

*Applicituri erant  
 symbolos*

b =



Templū delphicū a xerxe  
dirceptū

Offensa

Adunata

salaminū fretū

Artemisq̄ forti  
tudo

Artemis

hæc & Dario pri⁹ & nūc Xerxi belli causa nobiscū foret? qđ uos rebellātes nō destituimus? quī uos ī hæc nostra castra ex istā obsidiōe transitis: Aut si hoc parē tutū extat uos cōmissō p̄aliō. lite cessum: inhihete remos: & a bello discedite. Ante naualis p̄alii cōgressionē miserat Xerxes quattuor millia ar matoz delphos ad tēplum apollinis diripiēdū: p̄sus quasi nō cū græcis tantum sed cū diis imortallibus bellū gereret: quæ manus tōta ībribus & fluminibus deleta est: ut itellige ret: quātō grauior offensa deoz esset: tantō nullas esse hominum aduersus deos uire. Post hæc Thespiadas & plateas & athenas uacuas hominib⁹ incendit: & q̄ ioniam ferro nō poterat in homines: ī ædificia igne crassatur. Nāq; athenienses post pugnam marathōiam præmonēte Themistocle. uictōriam illā de persis nō finem sed causā maioris belli fore. cc. naues fabricauerunt. Aduentante igitur Xerxe cōsulentibus delphis oraculum responsum fuerat: salutem muris ligneis tueretur. Themistocles nauū p̄sidium demōstratū rat⁹ p̄suadet omnibus patriā municipes esse nō mœnia: ciuitatēq; nō in ædificiis sed in ciuib⁹ positā. Melius itaq; salutē nauib⁹ q̄ urbi cōmissuros: hui⁹ sententiæ etiam deū auctorē eē. Probato cōsilio ciuges. liberofq; cū p̄ciosissimis reb⁹ abditis isulis relicta urbe demādāt: Ipsi naues armati cōscendūt: exemplū atheniensū & aliæ urbes imitate: Itaq; cū adunata oīs sociorū classis & itenta in bellū nauale esset: angustiaque salaminū freti ne circūueniri a multitudie possēt: occupassēt: dissensio iter ciuitatū p̄cipies oritur: q̄ cum deserto bello ad sua tuenda dilabi uellent: timens Themistocles ne discessu sociorū uites minuerētur: p̄ seruum fidum Xerxi nūciat uno ī loco eū cōtractam græciam posse capere facillime: q̄ si ciuitates quæ iam abire uellent: dissipētur maiore labore ei singulas consectandas. Hoc dolo īpellit regem signū pugnæ dare. Græci quoq; aduentu hostiū occupati p̄aliū collatis uirib⁹ capessūt. Interea Rex uelut spectator pugnæ cū parte nauū in littore. remanet. Artemysia autem regina alicarnassis quæ in auxiliū Xerxi uenerat inter primores duces bellū acerrime ciebat: quippe ut ī uirō muliebrem timōrem ita ī muliere ui

rilem audaciam cerneres. Cum anceps p̄alium esset: Iones iuxta p̄ceptū Themistoclis pugnæ se paulatim subtrahere ceperunt: quorū defectio animos cæteris fregit. Itaq; circumspicientes fugam pelluntur p̄sæ: & mox p̄alio uicti ī fugam uertuntur. In qua trepidatiōe multæ sūmersæ naues: multæ captæ sunt: plures tamen nō minus sæuitiam regis q̄ hostē timentes domū dilabūtur. Hac clade perculsum & dubiū cōsiliū Xerxi Mardonio aggreditur. Hortatur: ut ī regnū abeat: nequid seditionis moueat fama aduersi belli: & ī maius ficu ti mox est: oīa extollens sibi. cc. milia armatorum lecta ex omnibus copiis relinquat: qua manu aut cū gloria eius p̄domiturū se græciam: aut si aliter euentus ferat: sine eiusdē īfama hostibus cessurum. Probato consilio Mardonio exercit⁹ traditur: reliquas copias rex ipse reducere ī regnū parat. Sed græci audita regis fuga cōsiliū īeunt pontis iterrupēdi: quē ille abydo uelut uictor maris fecerat: ut intercluso aditu aut cum exercitu deleretur: aut desperatione rerum pacem uictus petere cogeretur. Sed Themistocles timens ne interclusi hostes desperationē ī uirtutem uerterēt: & iter quod aliter non pateret: ferro patefaceret: satis multos hostes in græcia remanere dicitans nec augeri numerum retinendo oportere: cū uincere cōsilio cæteros nō posset: eundē seruum ad Xerxem mittit: certiorēq; consilii facit: & occupare transitū matura fuga iubet. Ille p̄culsus nūcio tradit ducibus milites p̄ducēdos ipse cū paucis Abydon cōtendit. Vbi cum solutum pontem hybernis tempestatibus offendisset: piscatoria scapha traiecit trepidus. Erat res spectaculo digna: & ad æstimationē rerum humanæ fortis uarietate miranda. In exiguo latentem uidere nauigio: quem paulo ante uix æquor omne capiebat: carētē etiam omni seruoz ministerio: cuius exercitus p̄pter multitudinem terræ graues erant. Nec pedestribus copiis quas ducibus assignauerat felicius iter fuit. Siquidem quotidiano labori (neq; enim ulla est metuentibus quies) etiam fames accesserat. Multoz deinde diez inopia cōtraxerat & pestem: tantaq; fœditas morientū fuit: ut uia cadaueribus īpleretur: alitesq; & bestię escæ illecebris sollicitatæ exercitū seq̄rētur.

b 3

Mardonius

Mardonius

Abydos

Solutus pontis

Multorum diez  
inopia cōtraxit  
pestē



VNIVERSIDAD  
D SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

Olynthus

Interim Mardonius Olynthum in graecia expugnat. Athenienses quoque in spem pacis amicitiaeque regis solliciti: respondens icela eorum urbis est in maius restitutionem. Posteaque nullo pretio libertatem uidit his uenale icensis: quae aedificare coepit: copias in boeciam traefert: eto & graecorum exercitus qui centum millium fuit: secutus est. Ibi quoque praelium commissum: sed fortuna regis cum duce mutata non est. Nam uictus Mardonius ueluti ex naufragio cum paucis profugit: castra referta regalis opulenciae capta sunt. Unde praemum graecos diuiso iter se auro profico diuitiarum luxuria cepit. Eodem forte die quo Mardonii copiae deletae sunt: etiam nauali praelio in Asia sub monte mycale aduersus persas dimicatum est. Ibi ante congressum onem cum classes ex aduerso staret: fama ad utrumque exercitum uenit uicisse graecos: & Mardonii copias occisione cecidisse: tanta fama uelocitate fuisse: ut cum matutino tempore praelium in Boetiam commissum sit: meridianis horis in Asia per tot maria & tantum spatium tantum breui horarum momento de uictoria nunciatum sit. Confecto bello cum de praemiis ciuitatum ageretur: omnium iudicio atheniensium uirtus caeteris praelata. Inter duces quoque Themistocles princeps ciuitatum testimonio iudicatus: gloria patriae suae auxit. Igitur Athenienses aucti & praemiis belli & gloria urbe ex integro condere moluerunt. Cum moenia maiora complexi fuissent: suspecti esse lacedaemoniis coepere: recte reputantibus ruinam urbis tantum in cremetum dedisse: quantum sit datura munita ciuitas. Mittunt ergo legatos: qui monerent ne munimenta hostibus & receptacula futuri rursus belli causam extraant. Themistocles ut uidit: spei urbis iuderi non existimans abrupte agendum: respondit legatis. ituros lacedaemonia: qui de ea re pariter cum illis consulant. Sic dimissis spartanis: hortatur suos: ut opus maturent. Deinde ipse iteriecto tempore in legationem proficiscitur: & nunc in itinere infirmitate simulata: nunc tarditate collegarum accusas sine quibus agi iure nihil possit: diem de die proficendo spatium consumendo operi quarebat: cum iterum nunciatur spartanis opus atheniensium maturari: pro quod denuo legatos mittunt ad inspiciendam rem. Tum Themistocles per seruum magistratibus scribit: Lacedaemonum legatos uiciant. pignusque teneant: ne in se grauius consulatur. adit deinde concionem lace-

Vnde praemum graecos diuiso inter se auro profico diuitiarum luxuria cepit

Mycale mons

Fame uelocitas

Ne in se grauius consulatur

demoniorum: indicat praemunitas Athenas esse: & posse illatum bellum non armis tantum sed etiam muris sustinere. Si quid ob eam rem de se crudeliter statueret. legatos eorum athenis in hoc pignus retentos: grauius deinde castigat eos: qui non uirtute sed ibecillitate sociorum potentiam quareret. Sic dimissis ueluti triumphatis spartanis a ciuibus excipitur. Post hec spartani ne uires otio corruperent & ut bis illatum a persis graeciae bellum ulciscerentur: ultro fines eorum depopulantur. ducem suo sociorumque exercitui deligunt Pausaniam: qui praeducatu regnum graeciae affectans praeditionis praemium cum Xerxe nuptias filiae eius paciscitur redditis captiuis: ut fides regis aliquo beneficio obstringeretur. Scribit praeterea Xerxi quoscumque ad se nuncios misisset: interficeret: ne res loquacitate hominum perderetur. Sed dux atheniensium Aristides belli socius electus collegae conatibus obuia eundo simul & in re sapienter consulendo praeditionis consilia discussit. Nec multo post accusatus Pausanias: damnatur. Igitur Xerxes cum proditoris dolum publicatum uideret: ex integro bellum instituit. Graeci quoque ducem instituunt Cimonem atheniensem filium Milciadis: quo duce apud Marthonem pugnatum est: iuuenem cuius magnitudinem futurae pietatis documeta prodiderunt. Quippe patrem ob crimen peculatus in carcerem cum iectum ibique defunctum translatis in se uiculis ad sepulturam redemit. Nec in bello iudicium diligentium sefellit. Siquidem non inferior uirtutibus patris Xerxe terrestri naualique bello superatum trepidum se recipere in regnum coegit.

Pausanias Ducatus

Aristides

Cimo

Peculatus crim

IVSTINI HISTORICI LIBER TERTIVS.

**X**erxes rex persarum terror ante gentium bello in graecia infeliciter gesto etiam suis contemptui esse cepit. Quippe Artabanus praefectus eius deficiente quotidie regis maiestate in spem regni aductus cum septem robustissimis filiis regiam uesperis ingreditur. Nam amicitiae iure semper illi patebat. Trucidatoque rege uoto suo obsistentes filios eius dolo aggreditur. Securiore de Artaxerxe puero admodum fingit regem a Dario qui erat ad-

celebratorem

Artabanus praefectus

Artabanus

Xerxis misericordia morte

Artaxerxes

b iiii



lescens: quo maturius regno potiretur occisū. impellit Artaxer  
xē parricidiū parricidio uindicare. Cū uentū esset ad domū  
Darii dormiens inuentus quasi sopnū fingeret: interficitur:  
Deinde cum unum ex regis filiis sceleri superesse Artabanū  
uideret: metuereq; de regno: certamina principum, assumit  
in societatem consilii Baccabassum qui præsenti statu cōtētū  
rem prodit Artaxerxi: ut pater eius occisus sit: ut frater falsa  
parricidii suspiciōe oppressus: ut deniq; ipsi pararetur insidiā.  
His cognitis Artaxerxes uerens Artabani numerum filioꝝ:  
in posterum diem patum esse exercitum armatūq; iubet reco  
gniturus & numeꝝ militū: & ī armis industriam singulorū.  
Itaq; cum inter cæteros & ipse Artabanus armatū assisteret:  
rex simulat se breuiorem loricā habere: Iubet Artabanū secū  
cōmutare: exuētem se ac nudatū gladio traiecit. Tū & filios  
eiꝝ corripit iubet. atq; ita egregiꝝ adolescēs & cædē patris & ne  
cem fratris & se ab insidiis: Artabani uindicauit. Dū hæc ī p̄sis  
gerūtur iterea grācia oīs ducibꝝ lacedæmoniis & Atheniēlibꝝ  
ī duas diuisa ptes ab externis bellis uelut ī uiscera sua arma  
conuertit. Fuit igitur de uno populo duo corpora: & eorū dē  
castrorū homines in duos hostiles exercitus diuiduntur. Hinc  
lacedæmonii cōia quōdam ciuitatū auxilia ad uires suas tra  
hebat. Inde Athenienses & uetustate gentis & gestis rebus il  
lustres propriis uiribus cōfidebant. Atq; ita duo potētissimi  
grāciae populi institutis Solonis & Lycurgi legibus parēs ex  
æmulatione uirium in bellū ruebant. Namq; Lycurgus cum  
fratri suo Polibite spartanorū regi successisset: regnumq; sibi  
uēdicare potuisset: Carillao filio eius qui natus posthumus  
fuerat: cū ad ætatem adultam uenisset: regū summa fide re  
stituit: ut itelligerēt oēs quāto plus apud bonos pietatis iura  
q̄ oēs opes ualerent. Medio igitur tempore dum infans cōua  
lescit: tutelāq; eiꝝ administrat: nō habētibꝝ sp̄tanis leges isti  
tuit. non inuētiōe earū magis q̄ exēplo clarior. Siqdem nihil  
lege ulla ī alio sanxit: cuiꝝ nō ip̄e primꝝ ī se documēta daret.  
populū ī obsega p̄cipū: p̄cipēs ad iusticiā ip̄ioꝝ firmavit.  
Parsimoniā oibꝝ suasit: existimās laborē militiæ assidua fru  
galitatis cōsuetudīe faciliore fore. Emī singula nō pecūia sed

Baccabassus

Lycurgus

Polibites

Carillaus

cōpēsatiōe mercū iussit. Auri argētiq; usū uelut ōniū sceleg  
materiā sustulit. Administrationē reipublicæ p̄ ordies diuisit  
Regibꝝ potestātē bellogꝝ magistratibꝝ iudicia & ānuas succes  
siones. senatui custodiā legū: populo sublegēdi senatum uel  
creādi quos uellet magistratꝝ potestātē pmisit. fundos ōniū  
æqualiter iter oēs diuisit: ut æq̄ta patrimōia neminē potētio  
rē alteri redderet: cōuiuari oēs publice iussit: ne cuiq̄ diuitiæ  
uel luxuria ī occulto essent. Iuuenibus nō āplius una ueste  
uti toto anno permissum: nec quēq; cultius q̄ alteꝝ p̄gredi:  
nec epulari opulentiꝝ ne imitatio in luxuriam uerteretur.  
Pueros puberes non in forum sed in agrum deduci p̄cepit:  
ut primos ānos nō ī luxuria sed ī opere & ī laboribꝝ agerēt:  
Nihil eos sopni causa substernere: & uitā sic palmētō d̄gere:  
neq; prius in urbem redire q̄ uiri facti essent. statuit uirgines  
sine dote nubere: iussit ut uxores eligerētur nō pecuniā: seue  
riusq; matritōia sua uiri coacerēt: cū nullis dotis frānis. tene  
rētur. Maximū honorē nō diuitū & potētū sed p̄ gradu æta  
tis senum esse uoluit. Nec sane usq; terrarum locum honora  
torem senectus habet. Hæc quoniam primo solitis ātea mō  
ribus dura uidebātur esse auctorem eozꝝ Apollinē delphicū  
figit: & ide se ea ex p̄cepto numis detulisse: ut cōsuescendi  
t̄rdium metus religionis euicat. Deinde ut æternitatē legibꝝ  
suis daret: iureiurando obligat ciuitatē: nihil eos de eius legi  
bus mutaturos priusq; reuenteretur. & simulat se ad oraculū  
delphicum p̄ficisci cōsulturum quid addendum mutādūq;  
legibꝝ uideretur. p̄ficiscitur aut̄ cretā. ibiq; p̄petuū exiliū egit:  
abiiciq; ī mare ossa sua moriens iussit: ne relatis lacedæmonia  
solutos se spartani religione iusiurandi & dissoluēdis legibꝝ  
arbitrarētur. His igitur moribus ita breui ciuitas conualuit:  
ut cum messeniis propter strupatas uirgines suas in solemnī  
messeniōꝝ sacrificio bellum itulissent: grauissima execratiōe  
obstrinxerint: nō priusq; Messeniam expugnassēt reuersuros:  
tantū sibi uel de uiribus suis uel de fortuna spondētes. quæ  
res initiū dissēsiōis grāciae & itestini belli causa & origo fuit.  
Itaq; cū cōtra p̄sūptiōnē suā ānis decē ī obsidione urbis te  
nerētur: & q̄relis uxorū post tā longā uiduitatē reuocarentur:

sublegendi

No habet usq; m̄ter  
ri senectus hono  
riore locū q̄m lac  
demonē

P̄sūptio



VNIVERSIDAD  
D SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA



Genus militum q post  
iurandū in supple  
mentum uenerant  
credo hos uocari euo  
cato 6

Parthenij  
Phalantus  
Aracius

Phalanto duce parthenij  
trenti uice expugnata  
sede ibi constituunt  
nec pro nutritia

Recupere

Per annos . 30 .

Restaurant  
Penitentia

ueriti ne hac pfeueratia belli graui9 sibi q messeniis noceret: qppe illis quatū iuuetutis bello itercidat muliez fecūditate suppleri: sibi & belli dāna assidua & fecūditatē uxorū absēti bus uiris nullā esse. Itaq; legunt iuuenes ex eo genere militū: qui post iusiurandū in supplementum uenerant. quibus spartam remissis promiscuos omnium fœminarum cōcubi tus permiserunt: maturiorem futuram conceptionem rati: si eā singulæ per plures uiros experirentur. Ex his nati ob notam materni pudoris parthenij sunt: uocati: qui cum ad annos triginta peruenissent: metu inopiæ ( nulli enim pater existe bat cuius in patrimonium successio speraretur ) ducem Pha lantum assumunt filium Araci: qui auctor spartanis fuerat iuuentutis ad generandam sobolē domum remittēdæ. Ut si cuti dudū patrem eius nascendi habuissent auctore: sic ipsū spei ac dignitatis suæ haberent. Itaq; nec salutatis matribus quaz adulterio infamiam collegisse. uidebantur: ad sedes re quirendas pficiscuntur: diuq; & per uarios casus iactati tadē ī italiā deferuntur: & oppugnata arce Tarentinorū. expugna ris ueteribus incolis sedem sibi constituūt. Sed post annos plurimos dux eorū Phalantus per sedicionē in exilium per turbatus Brundisiū se contulit: quo expulsi sedibus suis ue teres tarētini concesserant. Is moriēs persuadet ut ossa sua po stremaq; reliquias conterat: & tacite spargi in foro tarētiorz curent. Hoc enim modo recuperare illos patriā suam posse Apollinem delphis cecinisse. illi arbitrātes eū in ultionē sui facta ciuium pdidisse preceptis paruere: sed oraculi diuersa sentētia fuerat. ppetuitatem enim urbis nō amissionem hoc facto: pmiserat. Ita ducis exulis cōsilio & hostium ministerio possessio tarentina partheniis in eternū fūdata. ob cui9 bene ficij memoriam Phalanto diuini honores decreuere. Interea Messenii cum uirtute nō possent per insidias expugnātur. Deinde cum per annos. lxxx. grauiā seruitutis uerba plerū que uincula cæteraq; captæ ciuitatis mala perpessi eēt: post longā pœnarū penitētiā bellū restaurāt. Lacedæmonii quo q; eo cōspirati9 ad arma cōcurrūt: quo aduersus seruos dimi caturi uidebātur. Itaq; cū hinc iniuria ide idignitas animos

Penitentia

acueret: lacedæmonii de belli euentū oraculo delphis cōsultō iubētur ducē belli ab atheniētib9 petere. Porro athenienses cū responsū cognouisset: cōtēptū spartāoz Cyrtæū poetā clau dū pede misere: q; tribus præliis fufus eo usq; despatōis spar tāos adduxit: ut ad supplementum exercit9 seruos suos manu mitterēt: Hisq; iterefectoz matriōia pollicerētur: ut nō nūero rātū amissoz ciuiū sed & dignitati succederēt. Sed Reges la cedæoiōz ne cōtra fortunā pugnādo maiora detrimēta ciui rati ifūderēt. reducere exercitū uoluerūt: ni iteruēisset Cyrtæus: q; composita cārmia exercitū pro concione recitauit. In qbus hortamēta uirtutis: dānoz solatia: belli cōsilia cōscripserat. Itaq; tantum ardorem militibus iniecit: ut non de salute sed de sepultura solliciti tesseras īsculptis suis & patrū nomibus dextro brachiō delegarent. Ut si oēs aduersum prælium cō sumpsisset: & temporis spatio cōfusa corpōz liniamēta eēt: ex inditio tituloz tradi sepulture possent. Cū sic aiatū regis exercitū uiderent: curāt rem hostibus nūciare. Messeniis autē non timorem res sed æmulationem mutuam dedit. Itaq; tā tis animis cōcursum est: ut raso unq; cruēti9 prælium fuerit. Ad postremum tamen uictoria lacedæmonioz fuit. Interie cto tempore tertiu quoq; bellū messenii reparauere. In cuius auxiliū lacedæmonii iter reliquos sociōs ēt atheniēses adhi buere. quoz fidem cū suspectam haberent supuacuos eos si mulātes a bello eodem dimiserūt. Hanc rem atheniēses gra uiter ferentes pecuniā quæ erat ī stipendium perfici belli ab uniuersa græcia collata a delo athenas transferūt: ne deficiē tib9 a fide societatis lacedæmoniiis prædæ ac rapinæ essent: Sed nec lacedæmonii qui uere: qui cū Messeniorum bello occupati essent: Pelopōnenses imiserūt: qui bellū atheniētib9 facerent. Paruæ tunc tēporis classe ī ægiptū missa uires athe niensibus erant. Itaq; nauali prælo dimicātes facile supātur. Interiecto deide tēpore post reditū sociōz aucti & classis mi litū robore plū reparāt. Iā & lacedæmonii omissis messeniis aduersus athenienses arma terterant. diu uaria uictoria fuit. Ad postremū æquo Marte utrinq; discessū. Inde reuocati a cedæmonii ad messeniorū bellum ne medium tēpus otiosū

Tyrtæus poeta claudus

De Tyrtæo poeta no  
pro nutritia polu  
am Tyrtæusq; m  
res annos in ma  
tia bella uerfibus  
eracini

Tesseras

Cruentius præliu

Reparauere

Lineamenta

Reparant



atheniensibus relinqueret: cum thebanis paciscuntur: ut boe-  
tiorum imperium his restituerent: quod temporibus perlici  
belli amiserant: ut illi atheniesium bella susciperent. Tātus fu-  
ror spartāoz erat: ut duob⁹ bellis impliciti suscipere tertium nō  
recusaret: dumō inimicis suis hostes acqueret. Igitur atheniē-  
ses aduersus tātā tēpestatē belli duos duces deligūt Periclē  
spectatē uicis uiz & Sophoclē scriptorē tragœdiarū: q̄ dī-  
x̄so exercitu & spartanoz agros uastauerūt: & multas achaiaē  
ciuitates atheniensium imperio adiecerunt. His malis fracti  
lacedaemonii ī ānos. xxx. pepigerūt pacem: sed tam longum  
ocium inimicitiaē non tulerunt. Itaq; inter quindecim annos  
rupto fœdere cum contēptu deorū hominūq; fines atticos  
populatur. Et ne prādam potiusq; pugnaē expetisse uideretur:  
hostes ad praelium uocant. Sed Atheniēses consilio Periclis  
ducis populationis iniuriam differūt ī tempus ultionis: sup-  
uacuam pugnam existimantes cū ulcisci hostē sine periculo  
possent. Deinde interiectis diebus naues cōscēdunt: & nihil  
tentietib⁹ lacedaemoniis totam spartā deprādatur: multoq;  
plura auferunt: q̄ amiserant. Prorsus in cōparatione dānorū  
longe plus fuerit ultio q̄ ira. Clara quidem hęc Periclis ex-  
peditio habita: sed multo clarior priuati patrimoniū cōtēpt⁹  
fuit. Huius agros ī populatione ceteroz intactos hostes reli-  
querant: sperantes acquirere se illi posse aut periculum ex ī-  
uidia: aut ex suspicione pditionis itamiā. quod āte p̄spiciēs  
pericles & futurū populo prādixerat: & ad iuidiaē impetum  
declinādū agros ipsos dono reipublicaē dederat. Atq; ita uide  
periculū quāsitū fuerat: ibi maximam gloriam inuenit. Post  
hęc interiectis diebus nauali praelio dimicatum ē. Victi lace-  
daemonii fugerunt. Nec cessatum deinceps est: qn̄ aut terra  
aut mari uaria praeliorū fortuna iuicē se trucidarent. Deniq;  
fessi tot malis pacem ī annos quinquaginta fecere: quam non  
nisi sex annis seruauerunt. Nā inducias quas p̄prio nomine  
cōdixerant ex sociorum persona rumpebant. Quippe quasi  
minus piurii cōtraherent si ferentes sociis auxilia: poti⁹ quā  
si apto praelio dimicassent. Hic bellū ī siciliam translātū: qd̄  
prius q̄ exponā: de Siciliaē situ pauca dicenda sunt.

Periclis

Sophoclis tragoe  
dium scriptor  
dux atheniensium

Inimicitia

Periclis probitas

Condixerant inducias

### IVSTINI HISTORICI LIBER III.

**S**iciliam ferunt angustis quondā faucibus italiaē  
adhæsisse direptāq; uelut a corpore maiore impe-  
tu superioris maris. quod toto undarum onere  
illuc uehitur. Est autem ipsa terra tenuis ac fragi-  
lis & cāuernis quibusdā fistulisq; ita penetrabilis: ut uetoz to-  
ra ferme flatibus pateat: nec nō & ignib⁹ generādis nutriēdis  
que solis ipsius naturali ui. Quippe intrinsecus stratū sulphu-  
re & bitumine traditur: quae res facit ut spiritu cū igne inter  
iteriora luctante frequēter & cōpluribus locis nūc flammās  
nūc uaporē nūc fumum eructet: inde deniq; aetnaē mōtis  
per tot saecula durat incendium: & ubi acior per spiramēta  
cauernarum uentus incubuit: harenarum moles egeruntur:  
proximū italiaē promontorium Rhegiū dicitur. Ideo q̄ grae-  
ce abrūta hōc nomine pronunciat. nec mirū sit fabulosa ē  
loci huius antiquitas: in quem res tot coiere mirā. Primū  
q; nusq; alias torrens fretum nec solum citato impetu: uerū  
etiam sauo: neq; experientibus modo terribile: uerum etiā  
procul uisētib⁹ undarū porro in se concurentiū tanta pu-  
gna est: ut alias ueluti terga dantes uorticibus mergi ac ī imū  
desidere: alias quasi uictrices in sublime ferri uideas. nūc hic  
fremitem feruentis aestus: nūc illic gemitum ī uoragine de-  
sidentis exaudias: accedūt uicini & p̄petui aetnaē mōtis ignes  
& insularum aolidū uelut ipsi undis alatur icēndiū. Neq;  
enim in tam angustis terminis aliter durare tot saeculis tāt⁹  
ignis potuisset: nisi & humoris nutrimētis aleretur. Hic igi-  
tur fabulaē scyllam & carybdim peperere: hic latrat⁹ auditos:  
hinc monstri credita simulacra: dum nauigātes magnis uor-  
ticib⁹ pelagi desidētis exterriti latrare putāt undas: quas for-  
bentis aestus uorago collidit. Eadem causa etiā aetnaē montis  
perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille concursus: raptum  
secum spiritum in imum fundum trahit: atq; ibi suffocatū  
tam diu tenet: donec per spiramēta terrae diffusus nutrimē-  
ta ignis incendat. Iam ipsa italiaē Siciliaēq; uicinitas. Iam pro

Sicilia fretum

Aetna mons

Rhegiū

Aeolides insula

Scylla  
Charybdis



mōtorioꝝ altitudo ipsa ita similis est: ut quantū nūc admi-  
rationis tantū antiquis terroris dederit credētibꝫ coeūtibꝫ  
in se promōtoris ac rursūm discedentibus solida intercipi  
absumiqꝫ nauigia. Neqꝫ hoc ab antiqꝫ ī dulcedinem fabulæ  
compositum: sed metu & admiratione transeuntium. Ea est  
enim procul inspicientibus natura loci: ut sinum maris non  
transitum putes: quo cum accesseris: discedere ac seiungi pro  
montoria: quæ ante iuncta fuerant: arbitrere. Siciliæ primo  
Trinacriæ nomen fuit. Præterea Sicania denominata ē. Hæc  
a principio patria Cycloꝝ fuit. Quibus extictis Aeolus  
regnum insulæ occupauit. post quem singulæ ciuitates in ty-  
rannorum imperium concesserunt: quorum nulla terra fera-  
cior fuit. Horum ex numero Anaxilaus iustitia cum cætero-  
rum crudelitate certabat: cuius moderatio haud mediocrem  
fructum tulit. Quippe decedens cū filios paruulos reliisset:  
tutelæqꝫ eorum Metalus spectate fidei seruo commisisset: tātꝫ  
amor memoriæ eius apud omnes fuit: ut parere seruo quam  
deferere regis filios mallent. Prīcipesqꝫ ciuitatis obliuī digni-  
tatis suæ regni maiestatem administrari per seruū pateretur.  
Imperium Siciliæ etiam Carthaginenses temptauere: diuqꝫ  
uaria uictoria cū tyrannis dimicatum ad postremū amisso  
Hamilchare imperatore cum exercitu: aliquātis per quieuerunt  
uicti. Medio tempore cum rhegini discordia laborarent: ciui-  
tasqꝫ p̄ diffusionem diuisa in duas partes esset: Veterani ab  
altera parte ab Himera urbe in auxiliū uocati pulsas ciuitate  
contra quos implorati fuerant: & mox cæsis quibus tulerant  
auxilium: urbem cum coniugibus & liberis sociorum occu-  
pauere: ausi facinus nulli tyranno comparandum. Quippe  
ut rheginis melius fuerat uinci q̄ uicisse: Nā siue uictoribus  
captiuitatis iure seruissent: siue amissa patria exulare necesse  
habuissent: nō tamen inter aras & patrios lares trucidati cru-  
delissimis tyrannis patriā cum coniugibus ac liberis prædā  
reliquissent. Catanenses quoqꝫ cum Syracusanos graues pa-  
teretur: diffusi uiribus suis auxiliū ab Atheniensibus petiere:  
qui seu studio maioris imperii quod asiam graciāqꝫ penitꝫ  
occuparent: seu metu factæ pridem a Syracusanis classis ne

Trinacria  
Sicania  
Cyclopes  
Aeolus  
Anaxilaus  
Metalus  
Amilcor  
Rhegini  
Himera  
Catanenses

Lacedæmoniis illæ uires accederet Lampōnium ducem cū  
classe in Siciliam misere: & sub specie ferendi Catanensibus  
auxilii tentarent Siciliæ imperiū: Et quoniam primā initia  
frequenter cæsis hostibus prospera fuerant: maiore denuo  
classe & robustiore exercitu Lachetheo & Cariade ducibus  
Siciliam petiere. Sed Catanenses siue metu Atheniensium  
siue tædio belli pacē cum Syracusanis remissis Atheniensiu  
auxiliis fecerunt. Interiecto deinde tempore cū fides pacis a  
Syracusanis nō seruarietur: denuo legatos Athenas mittūt: qꝫ  
fordida ueste capillo barbaqꝫ plixis & omni squaloris hitu  
ad misericordiam cōmouendam acquisito concionē defor-  
mes adēūt. adduntur p̄cibus lachrimæ: & ita misericordem  
populum supplices mōuent: ut damnaretur duces: qꝫ ab his  
auxilia deduxerant. Igitur classis igens decernitur: creantur  
duces Nicias & Alcibiades & Lamacus: tantisqꝫ uiribus Sici-  
lia repetitur: ut ipsis terrori esset: i quoz auxiliā mittebatur.  
Breui post tempore reuocato ad reatum Alcibiade duo plia  
pedestria secūda Nicias & Lamacus faciūt: munitōibꝫ deī  
de circūdati hostes etiā mariinis cōmeatibus ī urbe clausos  
intercludunt. Quibus rebꝫ fracti Syracusani auxiliū a  
Lacedæmoniis petierūt: ab his mittitur Gylippus solus: sed  
in quo instar omnium auxilioz erat. Is auditō genere belli-  
iam inclinato statu auxiliis: partim ī gratiam: partim ī Siciliā  
misere contractis oportuna bello loca occupat. Duobꝫ idē  
præliis uictus: congressus tertio occiso Lamaco & hostes in  
fugam cōpulit: & socios obsidione liberauit. Sed dūm athe-  
nienses a bello terrestri in nauale se transtulissent: Gylippus  
classē a lacedæmone cū auxiliis accersit: quō cōgnitō & ipsi  
athenienses in locum amissi ducis Demosthenem & Eurymedo  
dunta cum supplemento copiaz mittūt. Pelopōnensiu quoqꝫ  
cōmuni ciuitatū decreto igētia Syracusanis auxilia misere:  
& quasi Graciæ bellū ī Siciliam translātū esset. Ita ex utrāqꝫ  
parte summis uiribus dimicabatur. Prima igitur cōgressione  
naualis certaminis Athenienses uincuntur. Castra quoqꝫ cū  
omni publica ac puata pecunia amittūt. Super hæc mala cū  
etiam terrestri prælio uicti essent: tunc Demosthenes censere

Lampomius dux  
Lacheteus  
Cariades  
Decernitur classis  
ingens  
Nicias  
Alcibiades  
Lamacus  
Reatus  
Intercludunt  
Gylippus  
Demosthenes  
Eurymedo



Male auspiciū bellū

coepit: ut abiret Sicilia: dum res quibus afflictae nodum tamen perditae foret: neque in bello male auspiciū amplius perseuerandum esse: domi grauiora & forsitan infelicia bella esse: in quaere referuare hos urbis apparatus oporteat. Nicaeas seu pudore male actae rei: seu metu destitutae spei ciuium: seu in pelleto fato manere contedit. Reparatur igitur nauale praesidium: & a nimia prioris fortunae procella ad spem certaminis reuocatur. sed insidia ducum qui inter angustias maris tuentes se Syracuranos aggressi facile uicuntur. Eurymedon dux in praesentia acie fortissime dimicans primus cadit: triginta naues quibus praefuerat: inciduntur. Demosthenes & Nicaeas etiam ipsi uicti exercitum in terra deponunt: tutiorem fugam rati itinere terrestri. Ab his relictas centum triginta naues Gylippus iuasit: ipsos deinde insequitur fugientes: partem capit: caedit praesentem Demosthenes amisso exercitu a captiuitate gladio & uoluntaria morte se uindictat. Nicaeas autem ne Demosthenis quidem exemplo ut sibi consuleret: admonitus cladem suorum auxilio dedecore captiuitatis.

Gylippus

Demosthenes

Nicaeas

IVSTINI HISTORICI LIBER QUINTVS.

Um athenienses in Sicilia bellum per biennium cupidius quam felicius gerunt: Interim concitator & dux eius Alcibiades absens Athenis insimulat mysteria ceteris inuiciorum sacra nullo magis quam silentio solemniter enunciauisse. Reuocatusque bello ad iudicium siue conscientiam siue indignitatem rei non ferens tacitus in exilium Elidem profectus est. Inde ubi non damnatum se tantum, uerum etiam deis per omnium sacerdotum religionem deuotum cognouit Lacedaemona se contulit. Ibique regem Lacedaemoniorum impellit: turbatis Atheniensibus aduerso Siciliae praesidio ultro bellum in ferre. Quo facto omnia Graeciae regna uelut ad extinguendum commune incendium concurrunt: Tantum odium athenienses immoderati ipsi crudelitate contraxerunt. Darius quoque rex Persarum memor paterni auitique in hac urbem odii facta cum lacedaemoniis per tisafernem praefectum Lydiae societate omnem sumptum belli

Alcibiades dicitur mensur

Alcibiades

Deuotus deis

Darius

Tisafernis

pollicetur. Et erat hic quod dicitur titulus cum Graecis coeundi. Re autem uera timebat: ne uictis Atheniensibus ad se lacedaemonii arma transferrent. Quis igitur miretur tam florentes atheniensium opes uisisse: cum ad opprimendam unam urbem totius orientis urbes concurrerent: non tamen inerti neque incruentato cedere bello. sed praesentem ad ultimum uictores: etiam interdum confusum magis fortunae uarietate quam ui uicti sunt. Principio belli omnes etiam ab his socii desierant: aut fit: quo se fortuna eodem etiam fauor hominum inclinatur. Alcibiades quoque motum aduersus patriam bellum non Gregarii militis opera sed imperatoris uirtutibus adiuuabat. Nepe acceptis quinque nauibus in asiam contedit. & tributarias Atheniensium ciuitates auctoritate nominis sui ad defectionem compellit. Sciebant enim domi clarum: nec exilio uidebant factum minorem: nec tam ablatum Atheniensibus ducem quam Lacedaemoniis traditum: partemque cum amissis imperia praesentem. Sed apud Lacedaemonios uirtus Alcibiadis plus inuidiae quam gratiae contraxit. Itaque cum principes uelut aemulum gloriae suae interficiendum in sidis mandassent: cognitare Alcibiades per uxorem Agidis regis quam adulterio cognouerat ad Tisafernem praefectum Darii regis profugit. Cui celeriter officii comitate & obsequendi gratia insinuanit. Erat enim & aetatis flore & formae ueneratione: nec minus eloquentia etiam inter Athenienses insignis: sed in reconciliandis amicitiarum studiis quam in retinendis uir melior: quia morum uitia sub umbra eloquentiae primo latebant. Igitur persuadet Tisaferni: ne tanta stipendia classis Lacedaemoniorum praesentem. Vocandos enim in portum muneris Ionios: quorum pro libertate cum tributa Atheniensibus praesentem derent bellum susceptum sit. Sed nec auxiliis nimis enixe lacedaemonios iuuandos. Quippe memorem esse debere alienam se uictoriam non suam instruere: & eatenus bellum sustinendum ne inopia deseratur. nam regem Persarum dissentientibus Graecis arbitrum pacis ac belli fore: & quos suis non possit ipsorum armis uicturum. praesentem autem bello statim ei cum uictoribus dimicandum. Domesticis itaque bellis Graeciam obterendam ne exterius uacuet: ex quibus uires patrium: & inferiores auxilio le

Titulus cum graecis coeundi

Ruisse opes tam florentes

Quo se fortuna etiam fauor hominum inclinatur

Agidis uxor ab alcibiade adu- terio cognita

Tisafernis

Ionij



uandos. Non enim quieturos post hanc uictoriam Sparta nos: qui uindices se libertatis Græciæ professi sunt: grata oratio Tisaferni fuit. Itaque commearus maligne præbere. classem regiam non totam mittere: ne aut uictoriam totam daret aut necessitatem deponendi belli imponeret. Interea Alcibiades hanc operam ciuibus uendicabat: ad quem cum legati atheniensiū uenissent: pollicetur his amicitiam regis si respublica a populo translata ad senatum foret: sperans ut aut cōcordante ciuitate dux belli ab omnibus legeretur aut discordia inter ordines facta ab altera parte in auxilium uocaretur. Sed atheniensibus imminente periculo belli maior salutis quā dignitatis cura fuit. Itaque permittente populo imperium ad senatum transfertur: qui cum insita gēti superbia crudeliter in plebem consulere: singulis tyrannidis sibi potentiam uēdicantibus ab exercitu Alcibiades exul reuocatur: duxque classi constituitur. Statim igitur Athenas mittit ex continenti se cum exercitu uenturum: recepturumque a quadrigētis iura populi nisi ipsi redderent. Hac denunciatione optimates territi primo urbem prodere lacedæmoniis temptauerunt: deinde cum id nequiuissent in exilium profecti sunt. Igitur Alcibiades intestino malo patria liberata summa cura classem instruit: atque ita in bellum aduersus lacedæmonas pergit. Iam zestromindarus & Pharnabazus lacedæmoniorum duces instructis nauibus expectabant. prælio commisso uictoria penes Athenienses fuit. In eō bello maior pars exercitus & omnes ferme hostium duces cæsi: naues. lxxx. captæ. Interiectis quoque diebus cum bellum lacedæmonii a mari in terram trāstulissent: iterato uincuntur. His malis fracti pacem petiere: quam ne acciperent: opera eorum effectum est: quibus ea festinatum præstabat. Interea & syracusanorum auxilia illatum a carthaginiensibus Siciliae bellum domum reuocauit: quibus rebus destitutis lacedæmoniis Alcibiades cum classe uictoriam Asiam uastat: multis locis prælia facit: ubique uictor recepit ciuitates: quæ defecerant. nonnullas capit: & imperio atheniensium adiicit. Atque ita prisca nauali gloria uendicata adiecta etiam laude terrestris belli desideratus ciuibus suis

Zestromindarus

Zestromindarus  
Pharnabazus

Athenas reuertitur. His omnibus præliis ducentæ naues hostium & præda ingens capta ad hunc redeuntis exercitus triumphum effusa omnis multitudo obuiam procedit: & uniuersos quidem milites præcipue tamen Alcibiadem miratur. In hunc oculos ciuitas uniuersa: in hunc suspensa ora conuertit. Hunc quasi de cælo missum & ut ipsam uictoriam contuentur: laudant quæ pro patria. Nec minus admirantur quæ exul contragefferit: excusantes ipsi iratum pro uocatumque fecisse. Enim uero tantum in uno uiro fuisse momenti: ut maximi imperii subuersi & rursum recepti auctor esset: & unde steteret: eo se uictoria transferret: fieretque cum eo mira quædam fortunæ inclinatio. Igitur omnibus non humanis tantum: uerum etiam & diuinis eum honoribus honorant. certant secum ipsi: utrum contumeliosius eum expulerint: an reuocauerint honoratius. ipsos illi deos gratulantes tulere obuiam: quorum execrationibus erat deuotus: Et cui paulo ante omnem humanam opem interdixerant: eum si queant: in cælo posuisse cupiunt. Explet contumelias honoribus: detrimenta muneribus: execrationes precibus. Non Siciliae illis aduersa pugna in ore est: sed græciæ uictoria non classes per illum amissæ sed acquisitæ: nec Syracusarum sed Ionie hellepontique meminerunt. Sic Alcibiades nunquam mediocribus nec in offensam nec fauorem studiis suorum exceptus est. Dum hæc aguntur a lacedæmoniis: Lyander classis belloque præficitur: & in locum Tisafernis Darius rex persarum filium suum Cyrum Ionie Lydiæque præposuit: qui Lacedæmonios auxiliis opibusque ad spem fortunæ prioris erexit. Aucti igitur uiribus Alcibiadem cum centum nauibus in Asiam profectum dum agros longa pace diuites secutos populatur: & prædæ dulcedine sine insidiarum metu sparsos milites haberet: repentino aduentu oppressere: tantaque cædes pallantium fuit: ut plus uulneris eo prælio Athenienses acciperent: quam superioribus dederant: & tanta desperatio apud athenienses erat: ut ex continenti Alcibiadem ducem Conone duce commutarent: arbitantes uictos se non fortuna belli sed fraude imperatoris: apud quem plus prior offe

Explet contumelias honoribus

Darius rex persarum  
Cyrum filium suum

Cædes pallantium

mutant Athenienses ducem

Conone  
Ex contumēti . 1 .  
e uestigio

C Z



VNIVERSIDAD  
D SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

Carius uenderet

sa ualisset q̄ recentia beneficia. Vicisse autem eum priore bello ideo tantum ut ostēderet hostibus: quem ducem spreuissent: & ut carius eis ipsam uictoriam uēderet. Omnia enī credibilia in Alcibiade uigor ingenii & uitiorum amor & morum luxuria faciebat. Veritus itaq; multitudinis impetū denuo in uoluntarium exilium proficiscitur. Itaq; Conon Alcibiadi suffectus habens ante oculos cui duci successisset: classem maxima industria exornat: sed nauibus exercitus de erat fortissimis quibusq; in Asiæ populatione amissis. Armatur tamen senes aut impuberes pueri: & numerus militum sine exercitus robore expletur. Sed non magnam bello moram ætas fecit. Imbelles aut cæduntur passim: aut fugientes capiuntur. Tantaq; strages aut occisorum aut captiuorum fuit: ut Atheniensium deletum non imperium tantum uerum etiam nomen uideretur: quo prælio perditis & desperatis rebus ad tantam inopiam rediguntur: ut consumpta militari ætate: peregrinis ciuitatem: seruis libertatem: damnatis impunitatem darent. Ea; coluione hominum domini antea Græciæ conscripto exercitu uix libertatem tuebantur: Iterū tamen fortunam maris experiendam decernunt. Tanta uirtus animorum erat: ut cum paulo ante salutem desperauerit: nunc non desperent uictoriam: Sed neq; is miles erat: qui nomen Atheniensium tueretur: neq; hæ uires quibus uincere consueuerant: neque ea sciētia militaris in his: quos uincula non castra continuerunt. Itaq; omnes aut capti: aut occisi: cum dux Conon prælio superfuisset: solus crudelitatem ciuium metuens cum octo nauibus ad regem Cyprium contendit. Euagoras autem dux lacedæmoniorum rebus feliciter gestis fortunæ hostium insultat. captiuas naues cum præda bellica in triumpho modum ornatas mittit lacedæmonia: ac tributarias atheniensium ciuitates: quas metus dubiæ bellifortunæ infide tenuerat uoluntarias recepit: nec aliud ditioni Atheniensium præter urbem ipsam reliquit: quæ cuncta cū Athenis nunciata essent: omnes relictis domibus per urbem discurrere pauidi: Alius alium fuscitari: auctorem nuncii requirere: non pueros imprudentia: non senes debilitas: non

Euagoras

mulieres sexus imbecillis domi tenet: adeo ad omnem ætatem tanti mali sensus penetrauerat. In foro deinde coeunt: atq; ibi perpeti nocte fortunam publicam quæstibus iterat. Alii fratres aut filios aut parentes desert: cognatos alii: alii amicos cariores cognatis: & cum priuatis casibus quærelam publicam milcent: iam se ipsos iam ipsam patriam perituram miserioremq; incolumium q̄ amissorum fortunam. iudicantes sibi quisque ante oculos obsidionem famem & superbum uictoremq; hostem proponentes: iam ruinam urbis & incendia: iam omnium captiuitatem & miseriam seruitutem recordantes feliciores prorsus priores urbis ruinas ducentes: quæ incolumibus filiis parentibusq; tectorum tantum ruina: exata: sint: Nunc autem non classem: i quam sicuti pridem confugiant: superesse: non exercitum: cuius uirtute seruati pulchriora possent moenia extruere. Sic desletæ ac prope perditæ urbi hostes superueniunt: & obsidione circundatos obfessos fame urgent. Sciebant enim neq; ex aduectis copiis multum superesse: & ne nouæ aduehi possent pro uiderant: quibus malis rebus athenienses fracti post longā famem & assidua suorum funera pacem potiuere: quæ an dari deberet diu inter Spartanos sociosq; deliberatum. Cum multi delendum Athenium nomen urbemq; incendio cōfundenam censerent: negarunt se spartani ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos: pacē polliciti: si demissa pyraū uersus muri brachia deiecerint: nauesq; quæ reliquæ forent. traderent. resq; publica ex semetipsis. xxx. rectores acciperet. In has leges traditam sibi urbem lacedæmonii formandam Lyandro tradiderunt. Insignis hic annus & expugnatione Athenarum & morte Darii regis persarum & exilio Dionysii Siciliae tyranni fuit. mutato statu Athenarum etiam ciuium conditio mutatur. Rectores. xxx. rei. p. constituuntur: qui fiunt tyranni. quippe a principio tria milia sibi satellitum statuunt. quantum ex tot cladibus prope nec ciuium super fuerat: & quasi paruus hic ad continendam ciuitatem exercitus esset: septingentos milites a uictoribus accipiunt: cædes deinde ciuium ab alcibiade suspicantur: ne iterum rem

Perpeti nocte

Ex duobus græciæ oculis alterū nō esse eruendū. dixere lacedæmonij

Annus insignis athenarū expugnatione darij morte & exilio dionysij siciliæ tyranni



Obtentu

Alabradem  
Artaxerxes

Citato itinere

Alabradis miseranda  
mors

Therame  
nes

Thrasylbul

Ismenias

Lysias Syracu  
sanus orator

Lysias

Triginta tyrann  
vincuntur

Critias  
Hippolo  
chus

publicam sub obtentu liberationis inuaderet: quem cum p  
fectum ad artaxerxem persarum regem comperissent: citato  
itinere miserunt: qui eum interciperent a quibus occupatus  
cum occidi aperte non posset uiuus in cubiculo: in quo dor  
miebat: crematus est. Liberati hoc ultoris metu tyranni mise  
ras urbis reliquias caedibus & rapinis exhauriunt: quod cu  
displicere uni ex numero suo therameni didicissent: ipsum  
quoque ad terrorem omnium interficiunt. Fit igitur ex urbe  
passim: omnium fuga: repleturque Graecia Atheniensium exu  
libus: quod etiam ipsum auxilium a miseris eripitur: nam  
lacedaemoniorum edicto ciuitates exules recipere prohibe  
bantur. Omnes se argos & Thebas contulere. Ibi non solum  
tutum exilium egerunt: uerum etiam spem recuperandae pa  
triae receperunt. Erat inter exules Thrasylbulus uir strenuus  
& domi nobilissimus: qui audendum aliquid pro patria & pro sa  
lute communi etiam cum periculo ratus adunatis exulibus  
castellum Finem Atticorum finium occupat. nec deerat qua  
rundam ciuitatum tam crudelis casus miserantium fauor.  
Itaque & his Menias thebanorum princeps: & si publicis non  
poterat priuatis tamen uiribus adiuuabat: & Lysias Syracu  
sanus orator exul tunc quingentos milites stipendio suo  
instructos in auxilium patriae communis eloquentiae mi  
sit. Fit itaque asperum praedium: sed cum hinc pro patria sum  
mis uiribus inde pro aliena dominatione securius pugna  
retur: tyranni uincuntur: uicti in urbem refugerunt: quam  
exhaustam caedibus suis etiam armis spoliant. Deinde cum  
omnes Athenienses prodicionis suspectos haberent: demi  
grare eos ex urbe iubent: & in brachiis muri: quae diruta fue  
rant: habitare: extraneis militibus imperium tuentes. Post  
haec Thrasylbulum corrumpere imperii societatem pollicen  
tes conantur: quod cum non contigisset: auxilia a lacedae  
moniiis petiuere. Quibus accitis iterato praedantur. In eo  
bello Critias & Hippolochus omnium tyrannorum seuisi  
cadunt. Caeteris uictis cum exercitus eorum ex quibus ma  
ior Atheniensium erat: fugeret: magna uoce Thrasylbulus  
exclamat cur se uictorie fugiant: potius quam ut uindicem

communis libertatis adiuuent: ciuium illam meminerint  
aciem non hostium esse: nec se ideo arma cepisse ut aliqui  
uictis adimat: sed ut adempta restituat. xxx. se dominis non  
ciuitati bellum inferre admonet. Deinde cognationis legum  
sacrorum tum uetusti per tot bella commilitii orat miseran  
tur exulum ciuium si tam patienter ipsi seruiant: reddant  
sibi patriam: accipiant libertatem. His uocibus tantum per  
motum est: ut reuersus in urbem exercitus. xxx. tyrannos  
emigrare Eleusina iuberet: substitutis decem: qui rem pu  
blicam regerent: qui nihil exemplo prioris dominationis  
terruti eandem uiam crudelitatis aggressi sunt. Dum haec  
aguntur: nunciatur lacedaemoniae in bellum athenienses  
exarsisse ad quod comprimendum Pausanias rex mittitur:  
qui misericordia exulis populi permotus patriam miseris  
ciuibus restituit: & decem tyrannos ex urbe Eleusina migra  
re ad caeteros iubet. Quibus rebus cum pax statuta esset: in  
teriectis diebus repente tyranni non minus restitutos exu  
les quam se in exilium actos indignantur. quasi uero alio  
rum libertas sua seruitus esset. & bellum athenienses inferunt.  
sed ad colloquium ueluti dominationem recepturi progres  
si per insidias comprehensi ut pacis uictimae trucidantur.  
Populus: quem emigrare iusserant: in urbem reuocatur. Atque  
ita per multa membra ciuitas diuisa in unum tantum cor  
pus redigitur: & ne qua dissensio ex ante actis nasceretur  
omnes iureiurando obstringuntur discordiarum obliuione  
fore. Interea Thebani corinthiique legatos ad lacedaemonios  
mittunt: qui ex manubiis portionem praede communis bel  
li periculi que peterent: quibus negatis: non quidem aperte  
bellum aduersus lacedaemonios decernunt: sed tacitis ani  
mis tantam iram concipiunt: ut subesse bellum intelligi pos  
set. eodem fere tempore Darius rex persarum moritur artaxerxes  
& Cyro filiis relictis: regnum Artaxerxi: Cyro ciuitates:  
quarum praefectus erat testamento: legauit. Sed Cyro iudici  
um patris iniuria uidebatur. Itaque occulte aduersus fratrem  
bellum pabat: quod cum nunciatum Artaxerxi esset. accersit  
c. iiii

Comilitium

Pausanias

Discordiarum obliuio  
ne

Artaxerxes  
Cyros



Aureis cōpedibus

tum ad se fratrem & innocentiam dissimulatione belli simu-  
lantem compedibus aureis uinxit: interfecissetq; ni mater  
prohibuisset. Dimissus igitur Cyrus iam non occulte bellū  
sed palam nec per dissimulationem, sed aperta professione  
parare cœpit. auxilia undiq; contrahit. Lacedæmonii memo-  
res atheniensi bello enixe eius opera adiutos uelut ignoran-  
tes contra quem bellum pararetur: decernunt auxilia Cyro  
mittenda: ubi res eius exegisset: quærentes apud Cyrum gra-  
tiam: & apud Artaxerxem: si uicisset ueniæ patrociniâ: cum  
nihil aduersus eum aperte decreuissent. Sed cum in bello  
fors prælii utrunq; fratrem pugnae obtulisset: prior Artaxerxes  
a fratre uulneratur: quem cum equi fuga periculo subtraxif-  
set: Cyrus a cohorte regia oppressus interficitur: sic uictor Ar-  
taxerxes & præda fraterni belli & exercitu potitur. In eo præ-  
lio decem milia græcorum in auxilio Cyri fuere: quæ & in  
cornu: in quo steterant: uicerunt: & post mortem Cyri neq;  
armis tanto exercitu uinci neq; dolo capi potuerunt: reuer-  
tentescq; inter tot indomitas nationes & barbaras gentes per  
tanta itineris spatia uirtute se usq; terminos patriæ defen-  
derunt.

Cyri mors

IVSTINI HISTORICI LIBER SEXTVS.

**L**acedæmonii more ingenii hūmāni quō plura  
habent: eo ampliora cupientes: non contenti ac-  
cessione Atheniensium opum uires sibi dupli-  
catas totius Asiæ imperium affectare cœperunt:  
sed maior pars sub regno persarū erat. Itaq; Hercylides dux  
in hanc militiam electus cum uideret sibi aduersus duos p̄-  
fectos Artaxerxis regis Pharnabazum & Tisafernem maxi-  
marum gentium uiribus succinctos dimicandum: pacifica-  
ri cum altero statuit. Aptior uisus Tisafernes uir & industria  
potior & militibus Cyri quōdam regis instructor in collo-  
quium uocatur: & statutis conditionibus ab armis dimitti-

Hercylides

Pharnabaz

Tisafernes

Succinctos  
uincunt

Pacificari

tur. Hanc rem Pharnabazus apud communem regem crimi-  
natur: ut lacedæmonios Asiam ingressos nō repulerit armis:  
sed impensis regiis aluerit: merceturq; ab his ut differant bel-  
la: quæ gerant: tanquam non ad unius summam imperii  
detrimentum omne perueniat: Indignum ait bellum non  
perfici sed redimi hostem pretio non armis summoueri. His  
uocibus regem Tisaferni alienatum hortatur: ut in locum  
eius naualis belli ducem eligat Cononem atheniensem: qui  
amissa bello patria Cypro exulabat. Quippe atheniensibus  
& si fracte sunt opes manere tamen naualem usum: nec si  
eligendus sit ex uniuersis meliorem alium esse. Acceptis igitur  
quingentis talentis iussus est Conona classi præficere.  
His cognitis lacedæmonii & ipsi a rege ægypti Hercymonem  
in auxilium naualis belli per legatos petunt: a quo centum  
triremes & sexcentum milia modiorum frumenti missa:  
cæteris quoq; sociis ingentia auxilia contracta sunt. Sed tā-  
to exercitui & contra tantum ducem deerat dignus impera-  
tor. Itaq; postulanti sociis Agésilauum ducem regem tunc  
lacedæmoniorum propter responsum oraculi delphici diu  
lacedæmonii an eum summæ rei præponerent: deliberaue-  
runt: quibus futurus imperii finis denunciabatur: cum re-  
gium claudicasset imperium: erat enim pede claudus. Ad po-  
stremum statuerunt melius esse incessu regem q̄ imperio re-  
gnum claudicare. posteaquam Agésilauum cum ingentibus  
copiis in Asiam misere: non facile dixerim: quod aliud par-  
ducum tam bene comparatum fuerit. Quippe ætas uir-  
tus consilium sapientia utriq; prope una: gloria quoq; re-  
rum gestarum eadem. Quibus cum paria omnia fortuna  
dederit: inuictum tamen ab altero utrunq; seruauit. magnus  
igitur amborum apparatus belli. maguæ res gestæ fuerunt.  
Sed cononem seditio militum inuadit: quos prefecti regis  
fraudate stipendio soliti erant: eo constantius. debita poscen-  
tibus quo gratiorem sub magno duce militiam præsume-  
bant. Itaq; Conon diu rege per epistolas frustra fatigato ad  
postremum ipse ad eum pergit: cuius aspectu & colloquio

Cono

Hercymo

Agésilauus

Agésilauus pede  
claudus

Quod aliud par  
tū tam bene cōpa-  
ratum fuerit

Præsumebant





prohibitus est: quod cum more persarum: adorare nollet: Agit tamen cum eo per internuncios: & queritur opulentissimi regis bella inopia delabi. & qui exercitum parem hostibus habeat pecunia uinci: qua praestet: inferioremque eum ea parte uirium inueniri: quae longe superior sit. postulat dari sibi ministerium impensae: quia pluribus id mandari perniciosum sit. Dato stipendio ad classem remittitur: nec moram agendis rebus facit multa fortiter. multa feliciter agit. Agros hostiles uastat. urbem expugnat & quasi tempestas quaedam cuncta prostrat. Quibus rebus territi lacedaemonii ad patriam subsidium reuocandum ab Asia Agesilaum decernunt. interim *Lysander* ab Agesilao proficiscente dux patriae relictus ingentem classem summis uiribus instruit fortunam belli tentaturus. Nam & ipse Conon tunc primum cum hostium exercitu concursurus magna cura suos ordinat. Summa igitur non ducum tantum in eo praelio quam militum aemulatio fuit. Nam ipse dux Conon non tam persas quam patriam studebat: & sicuti afflictis atheniensium rebus auctor amissae dominationis fuerat: sic uolebat idem haberi redditae patriamque uincendo recipere: quam uictus amiserat. eo speciosius quod ne ipsorum quidem atheniensium sed alieni praelii uiribus dimicet & pugnaturus periculo regis: uicturus praemio patriae: gloriamque diuersis artibus quam priores ciuitatis suae duces consecuturus. Quippe illos uincendo persas patriam defendisse persas uictores faciendo restitutum patriam esse: porro *Lysander* praeter conuictionem Agesilaei etiam uirtutum aemulator erat: contendebatque ne a rebus gestis eius & gloria splendore decederet. neue tot bellis ac saeculis quae situm imperium breuissimi momenti culpa subuerteret. Eadem militum & omnium regum cura erat: quos maior sollicitudo cruciabat: non tam ne ipsi quaesitas opes amitterent: quam ne ipsi athenienses pristinas reciperent. Sed quanto maius praelium fuit: tanto & clarior uictoria Cononis. Victi lacedaemonii fugam capessunt: praesidia hostium Athenis deducuntur. populo restituta dignitate condicio seruilis eripitur. multae quoque

*Lysander*

*Cononis uictoria*

ciuitates recipiuntur. Hoc initium atheniensibus resumendae potentiae & lacedaemoniis habende finis fuit. Namque ueluti cum imperio etiam uirtutem perdidissent contemni a finitimis coepere. Primi igitur Thebani auxiliantibus Atheniensibus bellum his intulere: quae ciuitas ex finitimis incrementis uirtute Epaminundae ducis ad spem imperii graeciae erecta est. Fit itaque terrestre praelium eadem lacedaemoniorum fortuna qua pugnatum aduersus Cononem nauali praelio fuerat. In eo bello *Lysander* quo dux athenienses uicti a lacedaemoniis fuerant: interficitur. *Pausanias* quoque alter dux lacedaemoniorum proditoris accusatus in exilium abiit. Igitur Thebani potiti uictoria uniuersum exercitum ad urbem lacedaemoniorum ducunt: facilem expugnationem rati quoniam deserti a sociis omnibus erant. quod metuentes lacedaemonii regem suum Agesilaum ex Asia qui tibi magnas res gerebat: ad defensionem patriae accersunt. Occiso enim *Lysandro* nullius alterius fiduciam ducis habebant cuius quoniam serus aduentus erat: conscripto exercitum obuiam hosti procedunt. Sed uictis aduersus paulo ante uictores nec animus neque uires pares fuere. Prima igitur congressione funduntur: delectis iam suorum copiis superuenit rex *Agesilaus*: qui restituto praelio non difficulter recenti & multis expeditionibus indurato milite hostibus uictoriam eripuit: ipse tamen grauer sauciatur. Quibus rebus cognitis Athenienses uerentes ne iterum lacedaemoniis uictoribus in pristinam sortem seruitutis redigerentur: exercitum contrahunt: eumque in auxilium Boetiorum *Phidratem*. xx. quidem annos natum sed magnae indolis iuueni duci iubent. Huius adolescentis supra aetatem uirtus admirabilis fuit: nec unquam ante eum Athenienses inter tot tantosque duces aut spei maioris aut indolis maturioris imperatorem habuerunt. In quo non imperatoriae tantum uerum etiam oratoriae artes fuere. Conon quoque audito reditu Agesilaei & ipse ex Asia ad populandos lacedaemoniorum agros reuertitur. Atque ita undique belli formidine circumstrepente clausi spartani ad summam desperatio

*Infimus*

*Initium atheniensibus resumendae potentiae & lacedaemoniis habende finis*

*Epaminondas*

*Lysandri mors*

*Pausanias*

*Agesilaus uictor*

*Phidrates*



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

nem rediguntur. Sed Conon uastatis hostium terris Athenas pergit ubi magno ciuium gaudio exceptus: plus tamen tristitiæ ipsi & ex incensa & diruta a lacedæmoniis patria quæ lætitiæ ex recuperata post tantam temporis cepit. Itaque quæ incensa fuerant: prædarum sumptu & exercitu perlarum restituit: quæ diruta fuerant: reficit. Fatum illud athenarum fuit: ut ante a persis cremata manubiis eorum: & nunc a lacedæmoniis diruta: ex spoliis lacedæmoniorum restituerentur. uersa quoque uice nunc haberent socios: quos tunc hostes habuerunt: & hostes nunc paterentur: cum quibus iuncti tunc carissimis societatis uinculis fuerant. Dum hæc aguntur: Artaxerxes rex perlarum legatos in græciam mittit: per quos iubet omnes ab armis dilcedere: qui aliter fecisset eum se pro hoste habiturum: ciuitatibus libertatem suamque omnia restitutum. quod non græciæ laboribus assiduisque bellorum inter ciues odium consulens fecit: sed ne occupato sibi ægyptio bello quod propter auxilia aduersus præfectos suos lacedæmoniis missa sulceperat: exercitus sui in græciam detinerentur. Fessis igitur tot bellis græci cupide paruere. Hic annus non eo tantum insignis fuit. quod repente pax tota græcia facta est: sed etiam eo quod eodem tempore urbs romana a gallis capta est: sed lacedæmonii secuti insidiantes absentiam Archadum speculati castellum eorum expugnant: occupatoque præsidium imponunt. Itaque armato instructoque exercitu Archades adhibitis in auxilium thebanis amissa bello repetunt in eo prælio Archidamus dux lacedæmoniorum uulneratur: qui cum cædi suos iam ut uictos uideret: per præconem corpora interfectorum ad sepulturam poscit. Hoc est enim signum apud græcos uictoriæ traditæ: qua confessione contenti thebani signum parcendi dedere. post paucis diebus neutris quicquam hostile facientibus cum quasi consensu tacito induciæ essent: lacedæmoniis a lia bella aduersus finitimos gerentibus: thebani Epaminondas duce occupandæ urbis eorum spem ceperunt. Igitur principio noctis taciti lacedæmonia proficiscuntur: non tamen aggredi in cautos potuerunt. Quippe senes & cætera

Manubijs

Uersa uice

Annus insignis roma  
a gallis capta

Archidamus

Signum uictoriæ traditæ  
apud græcos

Epaminondas

imbellis ætas cum aduentum hostium persensissent: in ipsis portarum angustiis armati occurrunt: & aduersus quindecim milia militum non amplius centum iam effera ætatis uiri pugna se offerunt: tantum animorum uiriumque patriæ & penatum conspectus sumministrat: tantoque præsentia quam recordatione sui maioris spem largiuntur. Nam ut uiderunt itaque & pro quibus starent: aut uincendum sibi: aut moriendum censuerunt. Pauci igitur sustinere senes aciem: cui par ante diem uniuersa iuuentus esse non potuit. in eo prælio duo duces hostium cecidere: cum interim Agesilai aduentus nunciatur: thebani recessere: nec bellum diu dilatum. Si quidem spartanorum iuuentus senum uirtute & gloria incensa teneri non potuit: quin ex continenti acie decerneret: cum uictoria thebanorum esset. Et Epaminondas dum non ducis tantum uerum etiam fortissimi militis officio fungitur: grauius uulneratur. Quo audito his ex dolore metus: & illis ex gaudio stupor iniicitur: atque ita ex placito consensu a prælio disceditur. Post paucos deinde dies: Epaminondas decedit. cum quo uires quoque reipublicæ ceciderunt. Nam sicuti telo si primam aciem præregeris: reliquo ferro uim nocendi sustuleris: sic illo uelut mucrone teli ablato duce thebanorum rei publicæ uires hebetatae sunt: ut non tam illum amississe quam cum illo interisse omnes uiderentur. Nam neque hunc ante ducem ullum memorabile bellum gessere: nec postea uirtutibus sed cladibus insignes fuere: ut manifestum sit patriæ gloriam & natam & extinctam cum eo fuisse. Fuit autem incertum uir melior an dux esset: nam & imperium non sibi semper sed patriæ quasiuit: & pecuniæ adeo parcus fuit: ut si prius funeri defuerint: gloriæ quoque non cupidior quam pecuniæ: quippe recusati omnia imperia ingesta sunt. Honoresque ita gessit: ut ornatum non accipere sed dare ipsi dignitati uideretur. Iam litterarum studium: philosophiæ doctrina tanta: ut mirabile uideretur: unde tam insignis militiæ sciëntia homini iter litteras nato. neque ab hoc uitæ proposito mortis ratio discessit. Nam ut relatus in castra semianimis: uocem spiritumque collegit: id unum a circumstantibus requisitum: num cadenti sibi scutum

Ex cotinenti .1.  
e uestigio

Epaminondas  
mors

Epaminondas  
merita nota



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

Gratulabundus patrie

Nota hec omnia pro  
politiam nutritia  
pluraq; palladis quo  
da impendistis at henc

Philippus

laborum gloriaq; socium osculatus est. Iterum quaesivit utri  
uicissent: ut audiuit thebanos bene habere se rem dixit atq;  
ita uelut gratulabundus patriae expirauit. Huius morte etia  
Atheniensium uirtus intercudit: siquidem amisso cui amu  
lari consueuerant: in segnitiam torporemq; resoluti: non ut  
olim in classem exercitus sed in dies festos apparatusq; ludo  
rum redditus publicos effundunt: & cum auctoribus nobi  
lissimis poetisq; theatra celebrant. frequentius scenam q; ca  
stra uisentes. Versificatoresq; meliores q; duces laudantes.  
Tunc uectigal publicum: quo ante milites & remiges aleban  
tur: cum urbano populo diuidi ceptum. Quibus rebus esse  
ctu est: ut inter oia graecorum sordidum & obscurum antea  
macedonum nomen emergeret. Et Philippus obses trienio  
thebis habitus Epaminuda & Pelopidarum uirtutibus eru  
ditus: Regnum macedoniae graeciae & asiae ceruicibus ueluti  
iugum seruitutis imponeret.

IVSTINI HISTORICI LIBER SEPTIMVS.

**M**acedonia antea nomine Emathionis regis: cu  
ius prima uirtutis experimenta in illis locis ex  
tant: Emathia cognominata est. Huius sicuti in  
clementa modica: ita termini perangusti fuere.  
populus pelasgi & regio boetia dicebatur. Sed postea uirtu  
te regum & gentis industria: subactis primo finitimis: mox  
populis nationibusq; imperium usque extremos orientis ter  
minos prolatum est. In regione praonia: quae nunc portio  
est macedoniae: regnasse fertur Telegonus pater Astriopaei  
cuius troiano bello inter clarissimos uindices urbis nomen  
accepimus. Ex alio latere in europa Europus nomine regnum  
tennit. Sed & Caranus cum magna multitudine graecorum  
sedes in macedonia responso oraculi iussus quaerere: cum  
Emathiam uenisset: urbem edyffam non sentientibus oppi  
danis propter imbrii & nebulae magnitudinem gregem caprarum  
ibrem fugientium secutus occupauit: reuocatusque in memoria

Emathio

Emathia

Pelasgi

Boetia

Praonia

Telegonus

Astriopaeus

Europe rex

Europus

Europus

Caranus

De Carano rege. & Carani  
pellea dedit q nomina  
fams Ausonius

Edyssa urbs

oraculi quo iussus erat: ducibus capris imperium quaerere:  
regni sedem statuit: religioseque postea obseruauit quocun  
que agmen moueret ante signa easdem capras habere: cepto  
rum duces habiturus: quos regni habuerat auctores. Urbem  
edyffam ob memoriam mueneris aegaeam populos aegaeas  
uocauit. Pulso deinde Medianamis quoq; portionem mace  
doniae tenuit: aliisq; regibus pullis in locum omnium solus  
successit: primusq; adunatis gentibus uariorum populorum  
ueluti unum corpus macedoniae fecit: crescentiq; regno uali  
da incrementorum fundamenta constituit. Post hunc Perdi  
cas regnauit: cuius uita illustris & mortis postrema ueluti ex  
oraculo praepcepta memorabilia fuere. Siquidem senex mori  
ens Argaeo filio monstrauit locum: quo condi uellet: ubiq;  
non sua tantum sed etiam succedentium sibi in regnum of  
sa poni iussit. Praefatus quoad ibi condita posteriorum reli  
quia forent: regnum in familia mansurum. creduntq; hac su  
perstitione extinctam in Alexandro stirpem: quia locum se  
pulturae mutauerit. Argaeus moderate & cum amore populi  
administrato regno successorem filium Philippum reliquit:  
qui immatura morte raptus. Europum paruulum admodum  
instituit heredem. Sed macedonibus assidua certamina cu  
thracibus & illyriis fuere: quorum armis ueluti quotidiano  
exercitio indurati gloria bellicae laudis finitimis terrebant.  
Igitur illyrii infantiam regis pupilli contemnentes bello ma  
cedonas aggrediuntur: qui praelio pulsi rege suo in cunis p  
lato & pugne ante aciem posito: acius certamen repetiuerunt.  
Tanquam iocum uicti fuissent antea: q; bellantibus sibi regis sui au  
spicia defuissent: futuri uel propterea uictores: q; ex superstiti  
one animum uincendi ceperant: simul & miseratio eos ifan  
tis tenebat: quem si uicti forent: captiuum de rege facturi ui  
debantur. Conserto itaq; praelio magna caede illyrios fuderet:  
ostenderuntq; hostibus suis priore bello: regem macedoni  
bus non uirtutem defuisse. Huic Amyntas succedit: & pro  
pria uirtute & Alexandri filii egregia indole insigniter clarus:  
cui Alexandro tanta omnium uirtutum naturae orna  
menta extiterunt: ut etiam olympio certamine uario ludi

Aegae urbs edyssa

prius

Medama  
mis

Aegaeae populi

Perdicus

Adunatis gentibus

Argaeus

g

Nota hoc pro  
nutritia

Philippus

Europus

Amyntas

Alexander



Darius

Megabaz

Amyntas

Respectu etatis

Bubaris

Ampliauit

Amyntas

Menelaus

Eurydice

Alexander

Perdicas

Philippus

Alexander magnus

Euryone

Cigea

Archelaus

Arideus

Menelaus

rorum genere contēdit. Cum interim Darius rex perlag tur  
 piā scythia fuga sumotus: ne ubiq; deformis militiæ dānis  
 haberetur: mittit cum parte copiarum Megabazum ad subi  
 gendam thraciam cæteraq; ei⁹ tractus regna: quibus p igno  
 bili momento erat accessura macedonia: qui breui tempore  
 executo regis imperio legatis ad Amyntam regem macedoniæ  
 missis obsides i pignus future pacis sibi dari postulabat. Sed  
 legati benigne excepti inter epulas ebrietate crescent rogant  
 Amyntam: ut apparatus epularū adiitiat ius familiaritatis ad  
 hibitis in conuiuium suū filiis & uxoribus & filiabus: id a  
 pud perlas haberi pignus ac fœdus hospitii: qui ut uenerūt  
 petulantius eas contrectantibus fili⁹ Amyntæ Alexander ro  
 gat patrē respectu ætatis ac grauitatis suæ abire e cōuiuio:  
 pollicitus se hospitū tēperaturū iocos. Quo digressio mulie  
 res quoq; paulo e cōuiuio euocat: culti⁹ exornatur⁹ gratiores  
 que reducturus. In quaz locū matrōali exornatos habitu iu  
 uenes supponit: eosq; petulantiam legatorū ferro: quod sub  
 ueste gerebant: cōpescere iubet. Atq; ita interfectis omnibus  
 ignarus rei Megabazus cū legatis non rediret: mittit eo cum  
 exercitus pte Bubarem: ut in bellum facile & mediocre dedi  
 gnatus ipse ire ne dehonestaretur prælio tā fœdæ gentis. Sed  
 Bubares ante bellū amore filiæ Amyntæ capt⁹ omisso bello  
 nuptias facit: depositisq; hostilibus aimis in affinitatis iura  
 succedit. Post discessum a macedonia Bubaris Amyntas rex  
 decedit: cuius filio & successori Alexandro cognatio Bubaris  
 nō Darii tantum temporibus pacem præstitit: uerum etiam  
 Xerxem conciliauit: adeo ut cum græciam ueluti tempestas  
 quædam occupasset: intus olympum hæmūq; mōtes tōtius  
 regiōis eum imperio donauerit. Sed nec uirtute min⁹ q̄ plā  
 rum liberalitate regnum ampliauit. Per ordinem deinde suc  
 cessionis regnum macedoniæ ad Amyntam fratris eius: Me  
 nelai filium peruenit. Hic quoq; insignis industria: & oibus  
 imperatoriis virtutibus instructus fuit: qui ex Eurydice tres  
 filios sustulit Alexandrum perdicam & Philipū Alexandri  
 magni macedonis patrem: & filiam Euryonem. Ex Cigea  
 autem Archelaum: Arideum: Menelaum: qui cum Illytiis

deinde & cum olynthiis grāuia bella gessit. Infidiis autem  
 Eurydices uxoris: quæ nuptias generi pacta occidendū uig:  
 regnumq; adultero tradendum susceperat: occupatus fuisse:  
 ni filia pellicatum matris & sceleris cōsilia pdidisset. Fūctus  
 itaq; tot periculis senex recessit: regno maximo ex filiis Ale  
 xandro tradito. Igitur Alexander inter priā initia regni bellū  
 ab Illytiis pacta mercede & Philippo fratre dato obside rede  
 mit. Interiecto quoq; tempore per eūdem obsidem cum the  
 banis gratiam pacis reconciliat. quæ res Philippo maxima i  
 crementa egregiæ indolis fuit. Siquidē trienio thebis obses  
 habitus prima pueritiæ rudimēta in urbe seueritatis ātiquæ  
 & in domo Epaminundæ summi & philosophi & ipatoris  
 deposuit. Nec multo post Alexander infidiis Eurydices ma  
 tris appetitus occumbit: cui Amyntas in scelere deprehensæ  
 propter cōmunes liberos ignarus eisdem quandoq; exitiofā  
 tore pepercerat. Frater quoq; eius Perdica pari insidiarum  
 fraude decipitur. Indignum prorsus libidinis causa liberos  
 a matre uita priuatos: quam scelerū suorū suppliciis liberorū  
 cōtemplatio uindicauerat. Perdicæ hæc indignior cædes ui  
 debatur: q; ei apud matrem misericordiam nec paruul⁹ qdē  
 filius conciliauerat. Itaq; Philippus diu nō se regē sed tutorē  
 pupilli egit. At ubi grauiora bella iminebant: serumq; auxi  
 lium in expectatione infantis erat: cōpulsus a populo regnū  
 suscepit. ut est ingressus imperium magna de illo spes oib⁹  
 fuit: & propter ipsius ingenium: quod magnum spondebat  
 uirum: & propter uetera macedoniæ fata: que cecinerāt uno  
 ex Amyntæ filiis regnante florentissimum fore macedoniæ  
 statum: cui spei scelus mātis hunc residuum fecerat. Prīcipio  
 regni cum hinc cædes fratrum indigne peremptorū ide ho  
 stium multitudo: hinc insidiarū metus: inde inopia continui  
 belli & exhausti regni & immaturam ætatē tyronis urgeret:  
 bella quæ ueluti conspiratione quadam ad opprimēdā ma  
 cedoniam multarum gentium ex diuersis locis uno tēpore  
 confluebant: quoniam oibus par esse non poterat dispēdā  
 ratus alia iterposita pactione cōponit: alia redemit facillimis  
 quibusq; aggressis: quorū uictoria & militum trepidos aios

Olynthij

Quomodo philippus  
obses thebanis dai

Appetitus infidius

Magnū spondebat  
uirū

Aggressis facilli  
mis qbusq;



VNIVERSIDAD  
D SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

Larissa

Olympias

Neoptolem

Arriba

Troas

Methone urbs

Philippo oculus sagitta  
effossus

Causa & origo graeciae seruitutis qm sub philippo passa est thebanis extiterit

Phocenses uicti a thebanis

firmaret: & contemptum sibi hostium demeret. Primum illi cum atheniensibus certamen fuit: quibus per insidias uictis metu belli grauioris cum interficere omnes posset: incolumes sine pretio dimisit. Post hos bello in Illyriis translato multa milia hostium cecidit. Urbem nobilissimam Larissam capit: hinc thessaliam non praedae cupiditate sed qd exercitui suo robur thessalorum equitum adiungere gestiebat: nihil min⁹ qd bellum metuentem improuisus expugnat. unūq; corpus equitum pedestriumq; copiarum inuicti exercitus fecit: qb⁹ rebus feliciter proueniētibus Olympiada Neoptolemi regis molossorum filiam uxorem ducit: conciliante nuptias fratre patruale tutore uirginis Arriba rege molossorum: qui sororē Olympiadis Troadam i matrimonium habebat: quae causa illi exitii malorūq; omnium fuit. Nam dum regni icremēta affinitate Philippi acquiraturum se sperat: proprio regno ab eodem priuatus in exilio consenuit. Is ita gestis Philipp⁹ iā non contentus summouere bella: ultro etiā quietos laceffit. Cum methonam urbem oppugnaret: in praetereuntem demutis sagitta iacta dextrum oculum regis effodit: quo uulnere nec segnior in bellū nec iracundior aduersus hostes fact⁹ est: adeo ut interiectis diebus pacem deprecantibus dederit: nec moderatus tantū uez etiā mitis aduersus uictos fuerit.

IVSTINI HISTORICI LIBER OCTAVVS.

**G**raeciae ciuitates dum impare singulae cupiunt: imperium ois perdiderunt. Quippe in mutuū exitium sine modo ruentes ab omnibus uictae periere: quod singulae amitterent: non nisi oppofaenserunt. Siquidem Philippus rex macedoniae ueluti e specula quadam liberati omnium insidiatus dum contentiones ciuitatū alit: auxiliū inferioribus ferendo uictos piter uictoresq; subire regiam seruitutē coegit. Causa & origo hui⁹ mali thebani fuere: qui cum rerum potirentur secundā fortunam i becillo animo ferētes uictos armis lacedaemonios & phocenses quasi parua supplicia caedibus & rapinis luisset:

apud cōmune graeciae cōcilium superbe accusauerunt. Lacedaemoniis crimini datum qd arcem thebanam induciaz tēpo re occupassēt: phocēsisq; boetiā depopulati essent: prius quasi post arma & bellum locum legibus reliquissent. Cum iudicium arbitrio uictoz exerceretur: tāta pecunia dānatur: quanta exolui non posset. Igitur phocenses cū agris liberis coniugibusq; priuarentur desperatis rebus Philomēne quōdam duce uelut deo irascēte templū ipsū Apollinis delphis occupauere. Inde auro & pecunia diuites conducto mercenario milite bellum thebanis intulerunt: factumq; phocensiu tamen omnes execrarentur ppter sacrilegium: pl⁹ tamē inuidia thebanis: a quibus ad hanc necessitatē compulsi fuerant: q ipsi intulit. Itaq; auxilia his & ab atheniensibus & a lacedaemoniis missa. Prima igitur congressione Philomenes thebanos castris exiit. sequenti praelio primus inter confertissimos dimicās cecidit: & sacrilegii penas impio sanguine luit. In huius locum dux Oenomaus creatur: aduersus quē thebani thessalique non ex ciuibus suis ne uictoris potētia ferre non possent. sed Philippum macedoniae regē ducem eligūt: & externa dominatione: quam in suis timuerunt: spōte succedunt. Igitur Philippus quasi sacrilegii non thebanorum ultor esset: omnes milites coronas laureas sumere iubet: atq; ita ueluti deo duce i praelium pergit. Phocenses insignibus dei conspectis conscientia delictorum territi abiectis armis fugam capessunt: poenesq; uiolatae religionis sanguine & caedibus suis pendunt. Incredible quantam ea res apud omnes nationes Philippo gloriam dedit. Illum uidecē sacrilegii: illum ultorem religionum: quod orbis uiribus expiari debuit: solum qni piacula exigeret extitisse dignū. Itaq; diis proximus habetur: per quem deorum maiestas uindicata sit. Sed athenienses audito belli euetu ne in graeciam Philipp⁹ transiret: angustias thermopilarum pari ratione secuti antea adueniētibus persis occupauere: sed nequaq; simili aut uirtute aut causa: Siquidem tunc p libertate graeciae nūc p sacrilegio publico: tunc a rapina hostium templa uindicaturi: nūc aduersus uindices templorum raptos defensuri. Aguntq; d z

Cōmune graeciae cōcilium i. ampictyonie

Cōmune graeciae cōcilium i. pinto designari ampictyonie cōcilium

Arx thebana induciaz tempore a lacedaemoniis occupata. i. Cadmea.

Philomeno

Phocensiu crime

Phocenses templū apollinis delphici spoliauerunt

Phocensibus bellū cecidit flatū cōtra thebanos

Oenomaus

Thessali & thebanos cōtra phocenses ducē deligunt philippū

Piacula Pl

Piacula

Thermopilarum angustiae ab atheniensibus occupata



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

se ppugnatores sceleris: cuius turpe erat alios iudices fuisse: immemores prorsus q; in dubiis rebus suis illo deo etiã cõ filiorum auctore usi fuerat: q; illo duce tot bella uictores iie rant: tot urbes auspicio condiderant: tantũ imperium: terra mariq; quæsierant: q; nihil sine maiestate numinis eius aut priuata unq; aut publicæ rei gesserant: Tantum facinus ad misisse ingenia omnia doctrina exulta: pulcherrimis legib; institutisq; formata: ut quid unde posthac succedere iure bar baris possint. non haberent. Sed nec Philippus melioris fi dei aduersus socios fuit. Quippe ueluti timens ne ab hostib; sacrilegii scelere uinceretur: ciuitates: quarum paulo ante dux fuerat: quæ sub auspiciis eius militauerant: quæ gratulatae illi sibiq; uictoriam nactæ fuerant hostiliter occupatas diripiuit: Coniuges liberosq; omnium sub corona uandidit: nõ deorum immortalium templis: non adibus sacris: non diis penatibus publicis priuatilq; ad quos paulo ante ingressus hospitaliter fuerat: pepercit. Prorsus ut non tam sacrilegi ultor extitisse: q; sacrilegiorum licentiam quæsisse uideretur. Inde ueluti rebus egregie gestis in cappadociam traiecit: ubi bello pari perfidia gesto captisq; per dolum & occisis finitimis regib; uniuerã prouinciã imperio macedoniæ adiungit. Deinde ad abolendam inuidiæ famam qua insignis p ceteris tunc temporis habebatur: per regna mittit & opulentiſſimas ciuitates & phana ac templa: qui opinionem sererent regem Philippum magna pecunia locare: & muros per ciuitates & phana ac templa faciendâ: & ut per præcones susceutores sollicitaretur: qui cum in macedoniam uenissent: uariis dilatio nib; frustrati uim regiæ maiestatis timetes taciti pficiscerantur. Post hæc Olynthios aggreditur: receperant eni per misericordiam post cædem unius duos fratres ei; quos Philipp; ex nouerca genitos ueluti participes regni interficere gesticabat. Ob hanc igitur causam urbem antiquam & nobilem excidit. & fratres olim destinato supplicio tradit: prædaq; ingenti pariter & parricidii uoto fruitur. Inde quasi omnia: quæ a gitasset animo: ei licerent: auraria in thessalia argenti metalla in thracia occupat. Et ne quod ius uel fas inuiolatũ præter

Philippi perfidia & cru delitas

Sub corona uendere

Cappadocia a philippo domita

Fana  
Templa

Olynthii a philippo aggressi & cur.

Auraria metalla thessalia  
Argenti metalla thraciæ

mitteret: piraticã quoq; exercere instituit. His ita gestis forte uenit ut eum fratres duo reges thraciæ non contemplatione iustitiæ eius: sed inuicem metuentes ne alterius uiribus accederet disceptationũ suarum iudicem eligerent. Sed Philipp; more ingenii sui ad iudiciũ ueluti ad bellum inopinãtib; fratribus instructo exercitu superuenit: regno utrunq; non iudicis more sed fraude latronis ac scelere spoliavit. Dum hæc aguntur legati Atheniensium petentes pacem ad eum uenerunt: quibus auditis & ipse legatorum athenas cum pacis cõditionibus misit: ibiq; ex cõmodo uerorũq; pax facta. Ex cæteris quoq; graciæ ciuitatibus non pacis amore: sed belli metu legationes uenere. Siquidẽ crudescete ira thessali boetiiq; orant: ut professum aduersum phocenses ducẽ graciæ exhibeat: tanto odio phocensium ardentes: ut obliti cladum suarum perire ipsi q; non perdere eos præoptarent: exptamq; Philippi crudelitatem pati: q; parcere hostibus suis mallent. Contra phocensium legati adhibitis lacedæmonius & atheniẽsibus bellũ deprecabantur: cuius ab eo dilationẽ ter iam emerant. Fædum prorsus miserandumq; spectaculum: graciã etiam nunc & uiribus & dignitate orbis terrarum principem regum certe gentiumq; semper uictricem: & multarũ adhuc urbium dominiã alienis excubare sedibus: aut rogãtem bellum aut deprecantem in alterius ope omnem spem posuisse. Orbis terrarum uindices eo usq; discordia sua ciuilibusq; bellis redactos: ut adulentur ultro sordidam paulo ante clientelæ sue partem: & hoc potissimum facere thebanos lacedæmoniosq; antea inter se imperium nunc graciæ imperantis æmulos. Philippus inter hæc uendicatione gloriæ suæ tantarum urbium fastigium agit: atq; utros potius dignetur: estimat. Secreto igitur auditis utrisq; legationibus his ueniam belli pollicetur iure iurando adactis responsum nemini pdituros: illis contra uenturum se auxiliũq; laturũ. Utrosq; uetat parare bellũ aut metuere. sic uariato responso securis omnibus thermopylarum angustias occupat. Tunc primum phocenses se captos in fraude Philippi aaduertẽtes trepidi ad arma cõfugiunt. Sed neq; spatiũ erat iustruendi

d 3

Contemplatione iustitiæ eius

Athenienses pacem petunt a philippo

Phocensium odio ardeant thessali & boetii

Dilatio belli a phocensibus ter temptata

Adulæci cum accusatio

Thermopylarum angustias philippi occupat



UNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

Philippi crudelitas  
in phocenses

saltus. nota uulgo de  
hesas

Dardani

Arisha

Alexander

belli nec tempus ad contrahenda auxilia: & Philippus exci-  
dium minabatur: ni fieret deditio. Victi igitur necessitate pa-  
cta salute se dedunt. Sed pactio eius fidei fuit: cuius antea  
fuerat deprecati belli promissio. Igitur ceduntur passim: ra-  
panturque: non liberi parentibus: non coniuges maritis: non  
deorum simulacra templis suis relinquuntur. unum tantum  
miseris solacium fuit: quod cum Philippus portioe praeda  
socios fraudasset: nihil rerum suarum apud inimicos uiderunt.  
Reuersus in regnum: ut pecora pastores nunc in hybernos  
nunc in aestiuos saltus traiciunt: sic ille populos & urbes. Ut  
illi uel replenda uel derelinquenda quaeque loca uidebantur: ad  
libidinem suam transfert. miseranda ubique facies: & excidio  
similis erat. Non quidem pavor ille hostilis: nec discursus per  
urbem militum erat: non tumultus armorum: non boum atque  
hominum rapina: sed tacitus moeror & luctus: ueribus ne  
ipsae lachrymae pro contumacia haberentur. Crescit dissimu-  
latione ipsa dolor: hoc aliter dimissus quo minus profiteri licet.  
Nunc sepulchra maiorum: nunc ueteres penates: nunc testat  
in quibus geniti erant: in quibusque genuerant: considerabant.  
Miserantes nunc uitam suam: quae in eam diem uixissent: nunc  
filiorum: quae non post eam diem nati essent: alios populos in  
finibus ipsis hostibus opponit: alios in extremis regni termi-  
nis statuit. quosdam bello captos in supplementis urbium diuidit.  
Atque ita ex multis gentibus nationibusque unum regnum populisque  
constituit. Compositis ordinatisque macedoniae rebus dardanos  
caeterosque finitimos fraude captos expugnat. Sed nec a pro-  
ximis manus abstinet. Si quidem Arisban regem Epiri uxori  
suae Olympiadi arctissima cognatione uinctum pellere regno  
statuit: atque Alexandrum priuignum eius uxoris Olympiadis  
fratrem puerum honestae pulchritudinis in macedonia nomine  
sororis accersit: omnique studio sollicitatum in spem regni simu-  
lato amore ad stupri consuetudinem perpulit: maiora in eo  
obsequa habiturus sine conscientiae pudore sine regni beneficio.  
Igitur cum .xx. ad annos peruenisset ereptum: Arisbae regnum  
puero admodum tradit: scelestus in utroque: nam nec in eo ius  
cognationis seruauit: cui ademit regnum: & eum cui dedit:

impudicum fecit ante quam regem.

## IUSTINI HISTORICI LIBER NONVS.

**I**n graeciam Philippus cum uenisset sollicitatus  
paucarum ciuitatum direptione: & ex praeda mo-  
dicarum urbium quanta opes uniuersae essent animo  
prospiciens: bellum toti graeciae inferre statuit:  
Ad cuius emolumentum egregie pertinere ratus si sibi byzantiam  
nobilem & maritimam urbem receptaculum terra marique  
copiis suis futurum in potestate redegit: eandem claudetem  
sibi portas obsidione cixit. Haec namque urbs condita prius a Pau-  
lania rege spartanorum & per .vii. annos possessa fuit: deinde ua-  
riate uictoria: nunc lacedaemoniorum: nunc Atheniensium uiris hinc est.  
quae in ea possessio effecit: ut nemine qui sua auxiliis iuuante  
libertate constanti tueretur. Igitur Philippus longa obsidionis mo-  
ra exhaustus pecuniae commercium de piratica mutuatur. Captis  
itaque .clxx. nauibus mercium ex distractis ahelate iopia paululum  
recreauit. Deinde ne unius urbis oppugnatione tantum exercitus tene-  
ratur profectus cum fortissimis multas Chersonesum urbes expugnat:  
filium Alexandrum .x. & .viii. annos natum: ut sub milita patris tyro-  
cinii rudimenta depoteret: ad se accersit: in scythiam quoque praedicti  
ca profectus more negotiantium in pensis belli alio bello refe-  
cturus. Erat eo tempore rex scytharum Matthaeus qui cum bello  
istrianorum premeretur: auxilium a Philippo per apolloniem  
les petit: in successione eum regni scythiae adoptaturus. cum  
interim istrianorum rex decedens & metu belli & auxiliorum  
necessitate scythas soluit. Itaque Matthaeus remissis macedonibus  
renunciari Philippo iubet: neque auxilium eius se petisse: neque  
adoptionem mandasse. Nam neque uindicta macedonum egere  
scythas: quibus meliores forent: neque heredem sibi icolumi  
filio deesse. His auditis Philippus legatos ad Matthaeum mit-  
tit: impensae obsidionis portionem petentes: ne iopia bellum  
deserere cogatur. Quod eo promptius eum facere debere quae  
missis a se in auxilium eius militibus nec sumptum quidem  
uix non modo officii pretia dederit. Matthaeus in clamentiam

Byzantium a paulania  
condita & a philippo  
obsessa

Anhelante inopia

Recreauit

Cheronesum urbes e-  
pugnat philippus

Tyrocinij rudimenta

Matthaeus

Apollo-  
nienses

Istriam  
Apollonienses  
soluit scythas

Vindicta



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

No opibus censei

Aculei sagittarū

Philippi uictoria de scythis

Tribali

Philippus letaliter uulneratus

Conualuit

Atheniensibus bellū infert  
philippus

cæli & terræ sterilitatē causatus: quæ non patrimonii ditet  
scythas: sed uix alimenta exhibeat: respondit: nullas sibi opes  
esse quibus tantum regem expleat: & turpius putaret paruo  
defungi q̄ totum abnuere. Scythas autē uirtute animi & du  
ricia corporis non opibus censei. Quibus derisus Philippus  
soluta obsidione byzantii scythica bella aggreditur: p̄missis  
legatis: quo securiores faceret: qui nuncient Mathææ dum  
byzantium obsidet uouisse statuam Herculis: ad quam ī ho  
stio Istri ponendam se uenire placatum accessū ad religionē  
dei petens amicus ipse scythis uenturus. Ille si uoto fugi ue  
lit: statuā sibi mitti iubet: non modo ut ponatur: uerum etiā  
ut inuiolata maneat: pollicetur. Exercitum autē fines ingredi  
negat se passurum: ac si inuitis scythis statuam ponat: eo di  
gresso sublatus uersurūq; æs statuæ in aculeos sagittarū. His  
utrinq; irritatis animis prælium committitur. Cū uirtute &  
animo præstarent scythæ: astutia Philippi uincuntur. xx. milia  
puerorū ac foeminarū capta: pecoris magna uis: auri argentiq;  
nihil. Ea primum fides iopiæ scythicæ fuit. xx. milia nobiliū  
equarū ad genus faciendum ī macedoniam missa. Sed reuer  
tenti a scythia tribali Philippo occurrunt: negant se transitū  
daturus: nisi portionem accipiant prædæ. Hinc iurgium & mox  
prælium. In quo ita in femore uulneratus est Philippus: ut  
p̄ corpus eius equus iterficeretur. cū oēs occisum putarent:  
præda amissa est. Ita scythica uelut deuota spolia pene luctu  
osa macedonibus fuere. Vbi uero ex uulnere primū cōualuit  
diu dissimulatum bellum atheniensibus infert: quorū causa  
thebani se iūxere: ne uictis metuentes atheniēsi b̄ ueluti uici  
num incēdium belli ad se transiret. Facta igitur inter duas  
paulo ante īfestissimas ciuitates societate legationib; graciā  
fatigant: cōmunem hostem putant cōmunibus uirib; lūmo  
uendum. Neq; enim cessatur Philippum si prospere prima  
successerint: nisi omnem graciā domuerit. Motæ quædā  
ciuitates Atheniēsi b̄ se iungūt: quasdam autē ad Philippū  
belli metus traxit. Prælio cōmisso cum atheniēses longe ma  
iore militum numero præstarent assiduis bellis idurata uir  
tute macedoniā uincuntur: nō tamen imemores pristinæ glo

riæ cecidere. Quippe aduersis uulneribus oēs loca quæ tueri  
da a ducibus acceperant: morientes corporibus texerunt. Hic  
dies uniuersæ graciæ & gloriam dominationis & uetustissi  
mam libertatem finit. hui; uictoriæ callide dissimulata lati  
tia est. Deniq; non sollita sacra Philippus illa die fecit: nō cō  
uiuio risit: non ludos inter epulas adhibuit: nō coronas aut  
unguenta sumpsit. & quātum in illo fuit: ita uicit: ut uictorē  
nemo sentiret. Sed nec regem se graciæ sed ducē appellari  
iussit. Atq; ita inter tacitam lætitiā & dolorem hostiū tēpe  
rauit: ut neq; apud suos exultasse: neq; apud uictos insultasse  
uideretur. Atheniēsi b̄ quos passus infestissimos fuerat: &  
captiuos gratis remisit: & bello consumptorum corpora se  
pultura reddidit: reliquiasque funerum ut ad sepulchra ma  
iorum deferrent ultro ortatus est. Super hæc Alexandrum fili  
um cum amico Antipatro: qui pacem cum his amiciciamq;  
iungeret: Athenas misit. Thebanorum porrō non solum ca  
ptiuos: uerum etiam interfectorum sepulturam uendidit.  
Principes ciuitatis alios securi percussit: alios in exilium re  
degit: bonique omnium occupauit. pulsos deinde p̄ iniuriā  
ī patriam restituit. ex horū numero. ccc. exules iudices recto  
resq; ciuitati dedit. Apud quos cū potentissimi quiq; rei ei;  
ipius criminis postularētur: qd̄ p̄ iniuriā se in exiliū egisset:  
huius constantiæ fuerūt: ut omnes se auctores faterētur: me  
liusq; cum re p̄ actum cum dānati essent: q̄ cum restituti cō  
tenderent. Mira p̄sus audacia de iudicibus uitæ necisq; suæ  
quēadmodum possunt: sententiam ferūt: contemnūtq; abso  
lutionem: quam dare inimici possunt. & quoniā reb; neq; ut  
ulcisci: uerbis usurpant libertatem. Compositis in graciā re  
bus Philippus omnium ciuitatum legatos ad formādū rerū  
presentium statum euocari corinthum iubet. Ibi pacis legē  
uniuersæ graciæ p̄ meritis singularum ciuitatum statuit: cō  
siliūq; omnium ueluti unum tenatū ex omnibus eligit. Soli  
Lacedæmonii & legem & regem cōtempserūt: seruitutē non  
pacem rati: quæ non ipsis ciuitatibus conueniret: sed a uicto  
re ferretur. Auxilia deinde singularum ciuitatū describūtur:  
siue adiuuandus ea manu rex oppugnante aliquo foret: seu

Athenienses uicti apud  
cheroneā

Alexander cū antipatro  
legati athenas missi



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA



Olympias alexandri matrem repudiata propter stupri suspicionem

Apparatus in signis dies

Philippi mors

Detulerat querelam

Frustrationibus

Alexander non fuit ignarus paternae caedis

Iurgaret

Parmeno  
Amyntas  
Attalus  
Cleopatra  
Alexander

Pausanias

duce illo bellum inferendum. neque enim dubium erat impium perlarum his apparatibus peti. Summa auxiliorum. cc. milia peditum fuere: & equitum. xv. milia. Extra hanc summam & macedoniae exercitus erat & confinis domitarum gentium barbaries. In initio ueris tres duces in aliam partem uiris praemittit Parmemonem: Amyntam: & Attalum: cuius sororem nup expulsa Alexandri matre Olympiade propter stupri suspicionem in matrimonium acceperat. Interea dum auxilia a graecia coeunt: nuptias Cleopatrae filiae Alexandri: quem regem Epiri fecerat: celebrat. Dies erat pro magnitudine duorum regum & collocantis filiam & uxorem ducentis apparatibus insignis. Sed nec ludorum magnificentia deerat: ad quorum spectaculum Philippus cum sine custodibus medius inter duos Alexandros filium generumque confederet: Pausanias nobilis ex macedonibus nemini suspectus adolescens occupatum angustus Philippum in transitu obruncat. diemque laetitiae destinatum foedum luctu funeris facit. Hic Pausanias primis pubertatis annis stuprum per iniuriam passus ab Attalo fuerat: cuius indignitati haec etiam foeditas accesserat. Nam perductam in conuiuio solutumque mero Attalus non suae tantum ueris & conuiuagum libidini uelut scortum uile subiecerat: ludibriumque omnium iter coaequales reddiderat. Hanc rem aegre ferens Pausanias querelam Philippo saepe detulerat. Cum uariis frustrationibus non sine risu differretur: & honoratum insuper ducatu aduersarium cerneret: iram in ipsum Philippum uertit: ultionemque quam aduersario non poterat: ab iniquo iudice exegit. Creditum est etiam imissum ab Olympiade matre Alexandri fuisse: nec ipsum alexandrum ignarum paternae caedis extitisse: quippe non minus Olympiadem repudium & praeterea sibi Cleopatram quam stuprum Pausaniam doluisse. Alexandrum quoque regni aemulum fratrem ex nouerca susceptum tenuisse: eoque actum ut in conuiuio antea primum cum Attalo mox cum ipso patre iurgaret: Adeo ut etiam stricto gladio eum Philippus confectus sit: aegreque a filii caede amicorum precibus exoratus. Quam obrem Alexander ad auunculum se in Epirum cum matre: inde ad reges illyriorum contulerat: uixque reuocati mitigat

est patri: precibusque cognatorum aegre redire compulsus. Olympias quoque fratrem suum Alexandrum Epiri regem in bellum subornabat: perucissetque nisi filiae nuptias pater generum occupasset. His stimulis iraque utriusque Pausaniam de impunitate stupri sui querentem ad tantum facinus impulisse creduntur. Olympias certe fugienti percussori equos quoque praeparatos habuit. Ipsa deinde audita regis nece cum titulo officii ad exequas eadem nocte cucurrisset: in cruce pedetis Pausaniae capiti eadem nocte quam uenit: coronam auream imponit: quod nemo alius audere nisi haec supposita philippi filio potuisset. Paucos deinde post dies refixum corpus interfectoris super reliquas cremauit: & tumultum ei eodem fecit in loco: parietariisque eidem quot annis incussa populo suppositioe curauit. Post haec Cleopatra qua pulsa philippi matrimonio fuerat: in gremio eius prius filia interfecta finire uitam suspendio coegit: spectaculoque pendentis ultione potita est: ad quam per parricidium festinauerat. Nouissime gladium illum: quo rex percussus est: Apollini sub nomine myrtalis consecrauit. Hoc enim nomen ante Olympiadis paruae suae: quae omnia ita praesalam facta sunt: ut timuisse uideatur: ne facinus ab ea committum non probaretur. Decessit Philippus xl. & vii. annorum cum annis. x. v. regnasset. genuit ex Larissa saltatrice filium Arideum. qui post Alexandrum regnauit. Arideus habuit & multos alios filios ex uariis matrimoniis regio more susceptos: qui partim fato partim ferro periere. Fuit rex armorumque conuiuiorum apparatibus studiosior: cui maxime opes erant. Instrumenta bellorum diuitiarum quaestuque custodia solertior. Itaque inter quotidianas rapinas semper inops erat. misericordia in eo & perfidia pari iure dilectae. Nulla apud eum turpis ratio uincendi. blandus pariter & insidiosus alloquor: qui plura promitteret: quam praestaret. In seria & iocos artifex: amicitias utilitate non fide colebat. Gratiam fingere in odio: instruere inter concordantes odia: apud utrumque gratiam quaerere solennis illi consuetudo. Inter haec eloquentia & insignis oratio acumen & sollertia plena: ut nec ornatui facilitas nec facilitati iuentionum deesset ornatus. Huic Alexander successit & uirtute & uiciis patris maior. Itaque uincendi ratio utrique di

subornabat

Refixum

Myrtalis

Olympiadi parua uile nomen myrtalis fuit

Arideus

Philippi mors

Solemnis consuetudo

Alexander



VNIVERSIDAD  
D SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

Pulchra Collatio  
inter Alexandrum  
& philippum

uerfa. hic aperta uisille artibus bella tractabat: deceptis ille gaudere hostibus: hic palam fuit. Prudentior ille consilio: hic animo magnificentior. Iram pater dissimulare plerūque & uincere: hic ubi exiisset: nec dilatio ultionis nec modus erat. Vini nimis uterque audus: sed ebrietatis diuersa uitia. Patri mos erat: & de conuiuio in hostem procurrere: manū conferere: piculis se temere offerre. Alexander non in hostem: sed in suos sauebat quāobrem Philippum saepe uulneratū praelia remilere: hic amicorū interfector cōuiuio frequenter excessit. Regnare ille cum amicis nolebat: hic in amicos regna exercebat. Amari pater male: hic metui. litterarū cultus utriq; similis. Sollerti & pater maioris: hic fidei uerbis atque oratione Philippus: hic rebus moderatior. parcendi uictis filio animus & promptior & honestior. frugalitati pater: luxuriae filius magis deditus erat. quibus artibus orbis imperii fundamenta patet fecit: opis totius gloriam filius conuulauit.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER .X.

Artaxerxes

Darius

Ariarates

Ochus

**A**Rtaxerxi regi persarum ex pellicibus. c. xv. filii fuere: sed tres tantū iusto matrimonio suscepti Darius: Ariarates: & Ochus. Ex his Darium contra morem persarum: apud quos rex nisi morte mutatur: per indulgentiam pater regem uiuus fecit: nihil sibi ablatum existimans: quod in filium contulisset: sinceri uelq; gaudium ex procreatione capturum: si insignia maiestatis suae uiuus in filio conspexisset. Sed Darius post noua paternae pietatis exempla interficiendi patris consilium cepit. Sceleratus fuisset: si solus parricidium cogitasset: tanto sceleratior quanto in societatem facinoris assumptos l. fratres fecit parricidas. Ostenti prorsus genus: ubi in tanto populo non solum sociari: uerum etiam fileri parricidium potuit: ut ex l. liberis nemo inuentus sit: quem aut paterna maiestas: aut ueneratio senis: aut indulgentia patris a tanta immanitate reuocaret. Adeo ne uile paternum nomen apud tot numero filios fuit: ut quorum praesidio tutus etiam aduersus hostes

esse debuerat: eorum insidiis circūuentus tutior ab hostibus quā a filiis fuerit. Causa parricidii sceleratior ipso parricidio fuit. Occiso quippe Cyros fraterno bello: cuius mentio supra habita est: Astasia pellicem eius rex Artaxerxes in matrimonium receperat. Hanc partem cedere sibi sicuti regnum Darius postulauerat: qui pro indulgentia sua in liberos prius facturum se dixerat: mox poenitentia ductus ut honeste negaret: quod temere promiserat: solis eam sacerdotio praefecit: quod perpetua illi ab omnibus uiris pudicitia imperabatur. Hic exacerbatus iuuenis in iurgia primo patris erupit: mox facta cum fratribus conuuratione dum patri insidias parat: deprehensus cum sociis poenas parricidii diis paternae maiestatis ultoribus dedit. coniuges quoque omnium cum liberis: ne quod uestigium tanti scelus extaret: interfectae sunt. Post haec Artaxerxes morbo ex dolore contracto decedit: Rex quae pater felicior. Haereditas regni Occho tradita: qui timens parem conuurationem, regiam cognatorum caede & strage principum replet: nulla non sanguis non sexus non aetatis misericordia permotus: scilicet ne inuentior fratribus parricidis haberetur. Atque ita ueluti purificatione regno bellum armenis inferit. In eo cum aduersus puocantorem hostium Codomanus quaedam omnium fauore percussisset: hoste caeso uictoriam suis pariter & prope amissam gloriam restituit. Ob haec decora idem Codomanus praeficitur Armenis. Interiecto deinde tempore post mortem Occhi regis ob memoriam pristinae uirtutis rex a populo constituitur: Darii nomine ne quid regiae maiestatis deesset honoratus: bellumque cum Alexandro magno diu uariante fortuna magna uirtute gessit. Postremo uictus ab Alexandro & a cognatis occisus uitam pariter cum persarum regno finiuit.

Cyros  
Astasia

Ochus

Codomanus

#### IVSTINI HISTORICI LIBER .XL.

**I**N Exercitu Philippi sicuti uariae gentes erant: ita eo occiso diuersi motus animorum fuere. Alii quippe iniusta seruitute oppressi ad spem se libertatis erigebant. Alii radio longinquae militiae re



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

missam sibi expeditionē gaudebant. nonnulli facem nuptiis  
filiae accensam rogo patris subditā dolebant. Amicos quoq;  
tā subita mutatione regē haud mediocri met⁹ ceperat: repu-  
tātes nūc puocatā. Aliam: nūc Europam nūdum p̄dormitā:  
nūc Illyrios & thracas & dardanos ceterasq; barbaras gētes  
fidei dubiæ & mentis infidæ: q̄ oēs populi si p̄iter deficiant:  
reisti nullo modo posse. His rebus uelut medela quædam  
interuētus Alexandri fuit: q̄ p̄ cōcione ita uulg⁹ oē cōsolat⁹  
hortatusq; pro tempore est: ut & metum timētibus demere-  
tur: & in spem sui oēs impelleret. Erat hic ann⁹. xx. natus: in  
qua ætate ita moderate de se multa pollicitus est: ut appare-  
ret. plura eum expimentis referuare. Macedonibus immuni-  
tatem cunctarum rerum præter militæ uacationem dedit.  
quo factō tantum sibi fauorem omnium cōciliauit: ut corp⁹  
hominis nō uirtutem regis mutasse se dicerent. Priā illi cura  
paternarum exequiorum fuit: In quibus ante omnia cædis  
conscios ad tumulum patris occidi iussit: soli **Alexandro Lyn-**  
**Lyncistæ** cistarum fratri pepercit: seruans in eo auspiciū dignitatis  
**Caranus** lux: nam regem eum primus salutauerat. æmulum quoq;  
imperii Caranum fratrem ex nouerca susceptum interfici cu-  
rauit. Inter initia multas gentes rebellantes cōpescuit: oriētes  
nōnullas seditiones extinxit: q̄bus reb⁹ erectus tacito gradu  
in grāciam contendit. ubi exemplo patris Corinthū euoca-  
tus ciuitatibus dux in locū eius substituitur. Inchoatū deide  
a patre persicum bellum aggreditur: in cuius apparatu occu-  
pato nunciatur Atheniēses Thebanos & Lacedæmonios ab  
eo ad persas defecisse: auctoremq; eius defectionis magno au-  
**Demosthenis** ri pondere a persis corruptum **Demosthenem** oratorem ex-  
titisse: qui macedonum delectas omnes cum rege copias a tri-  
balis affirmauerit: producto in concionem auctore: qui in  
eo prælio: in quo rex ceciderat: se quoq; uulneratū diceret.  
Qua opinione mutatos omnium ferme ciuitatum aīos esse:  
præsidia Macedonum obsideri: quibus motibus occursum  
tanta celeritate instructo paratoq; exercitu grāciā oppressit:  
excidii facile ad belli societatem perducere posse. Maius igitur Carthaginensibus ex ipsa Africa quam ex Sicilia exarsit: bellum: coituraque auxilia omnium aduersus unam urbem nomine quam opibus ampliore: & quas non attulerit uires inde sumpturæ. Nec in repentino pœnorum metu modicum momentum uictoriæ fore: qui tanta audacia hostium percussi trepidaturi sunt: accessura & uillarum incendia: castellorum urbiumque contumacium direptione: tunc ipsi Carthaginis obsidione: quibus omnibus non sibi tantum in alios sed & aliis in se sentiet patere bella. His non solum pœnos uincit: sed & Siciliam liberari posse. Nec enim moraturos in eius obsidione hostes cum sua urgeantur: nusquam igitur alibi facilius bellum: sed nec prædā uberius iuari posse. Nam capta Carthagine omnem Africam Siciliamque premium uictorum fore. Gloriam certe tam honestam militiæ tantam in omne æuum futuram: ut determinari nullo tempore obliuionis possit. Ut dicatur: eos solos mortalium esse: qui bella quæ domi ferre non poterant: ad hostes transfulerint: ultroque uictores insecuti sint: & obsessores urbis suæ obsederint. Omnibus igitur forti ac læto animo bellum ineundum: quo nullum aliud possit aut premium uictoribus uberi: aut uictis monumētum illustri dare. His quidem adhortationibus animi militum erigebantur. Sed terrebat eos portenti uisio: quæ nauigantibus eis sol defecerat. Cuius rei rationem non minore cura rex quam belli reddebat: affirmans si prius quam proficiscerentur: factum esset: credi aduersum profecturos prodigium esse: nuncque egressis acciderit: illis ad quos eatur: portendere. Porro defectus naturalium siderum semper præsentem rebus statum mutare: certumque esse florentibus Carthaginensium opibus aduersisque rebus suis commutationem significari. Sic consolatis militibus uersas naues consentiente exercitu incendi iubet: ut omnes scirent auxilio fugæ ablato aut uincendum aut moriendum esse. Deinde cum omnia quæcumque ingrederentur: prosternerent: uillas castellaque incenderent: obuius his fuit cum xxx. milibus pœnorum Hanno dux: & prælio commisso duo de Siculis: tria milia de pœnis cum ipso duce cecidere. Hac uictoria & Siculorum animi eriguntur & pœnorum fraguntur. Agathocles uictis hostibus urbes castellaque expugnat: prædā ingentes agit: hostium multa milia trucidat: ca

Determinata

Consolatis militibus

Agathoclis uictoria

i 7



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

stra deide i gnto lapide a carthagine statuit: ut dana carilli  
magz rex ualtitateq; agrorū & icēdia uillarū de muris ipsius  
urbis specularētur. Interea ingēs tota africa deleti pœnorum  
exercitus fama occupatarūq; urbiū diuulgatur. Stupor itaq;  
oīs & admiratio icēssit: unde & tāto ipio tā subitū bellū prae  
fertī ab hoste iā uictos: admiratio deide paulatī ī cōtēptū pœ  
norū tritū. Nec multo post non africa tātum: ex etiā urbes  
nobilissime nouitatē secutz ad Agathoclem defecere: frumē  
toq; & stipēdio uictorē extruxere. his pœnorum malis etiam  
deletus in sicilia cū imperatore exercitus uelut qdā arūnarū  
cumulus accessit. Nam post pfectionem a sicilia Agathoclis  
in obsidione syraculaz pœni segniores redditi ab Antandro  
fratre regis Agathoclis occisiōe cæsi nūciabantur. Itaq; cum  
domi forisq; eadem fortuna carthaginensium esset: iam non  
tributaria tantū ab his urbes uerū etiā socii reges deficiebāt:  
amiciciaz iura nō fide sed successu pōnderantes. Erat inter  
cæteros rex cyrenaz Offelas: qui spe iproba regnum totius  
africae amplexus societatem cū Agathocle p legatos iūxerat:  
pactusq; cum eo fuerat: ut sicilia illi sibi africae impiū uictis  
carthaginensibus cederet. Itaq; cum ad belli societatem cū ī  
genti exercitu ipse uenisset: Agathocles blādo alloquio & hu  
mili adulatione cum sēpius simul cœnassēt: ad optatus quia  
filius eius ab Offella esset: incautum eū interfecit: occupato  
q; exercitu eius iterato carthaginenses omnibus uirib; bellū  
hoc certaminis discrimine tanta desperatio illata pœnis ē: ut  
nisi in exercitu Agathoclis orta seditio esset: transiturus ad eū  
Bomilchar dux pœnoz cum exercitu fuerit. Ob quā noxā in  
medio foro a pœnis patibulo suffixus est: ut idem locus mo  
numentum supplicioz eius esset: qui ornamentū āte fuerat  
honorū. Sed Bomilchar magno aīo crudelitātē ciuium tulit:  
adeo ut de summa cruce ueluti de tribunali ī pœnoz scelera  
cōcionaretur: obiectās illis nūc Hānonē falsa affectati regni  
iuidia circūuentum: nūc Gisgonis innocētis exilium: nunc ī  
Hamilcharem patrum suum tacita suffragiaq; Agathocle  
socium illis facere q; hostem maluerit. Hæc cum in maxima

Occisione cæsi

Ponderantes

Grave pœliū

Hoc certaminis discrimine

Agathoclis secunda uictoria  
aduersus carthaginenses

Noxa

Antander

Offelas

Bomilchar

populi concione uociferatus esset: expirauit. Interea Agatho  
cles pfligatis ī africa rebus tradito Archagatho filio exercitu  
ī siciliā recurrit. Nihil actū ī africa existimans: si amplius ī  
raculæ obsiderētur. Nam post occisū Hamilcharem Gisgonis  
filium nouus eo a pœnis missus exercit; fuerat. Stati igitur  
prio aduētū eius oes siciliae urbes auditis reb; quas ī africa  
gesserat: certatim se ei tradūt: itaq; ita pullis e sicilia pœnis to  
tus isulæ īperiū occupauit. In atricā deide reuersus: leditione  
militum excipitur. Nam stipendiorū solutio ī aduētū patris  
dilata a filio fuerat. Igitur ad concionē uocatos blādis hīs  
permulsi: stipendia illis non a se flagitāda esse sed ab hoste  
quærenda: communem uictoriam: cōmunem prædam futu  
ram. Paululum modo āniterentur: dum belli reliquiaz pera  
guntur: cum sciant carthaginem captam spes omniū expletu  
ram. Sedato militari tumultu interiectis diebus ad castra ho  
stium exercitum ducit. Ibi inconsultus prælium cōmittendo  
maiorē partem exercitus perdidit. Cum itaq; in castra fu  
gisset: uerlamq; in se inuidiam temere cōmissi belli uideret:  
pistinamq; offensam non depensū stipendii metueret: cōcu  
bia nocte iolus a castris cum Archagatho filio pflugit. quod  
ubi milites cognouere: haud secus q; si ab hoste capti essent:  
trepidauere. Bis se a rege suo in medijs hostibus relictos esse  
proclamantes: salutemq; suam desertam ab eo esse: quoq; ne  
sepultura quidem relinquenda fuerat: cum persequi regem  
uellent a numidis excepti ī castra reuertuntur comprehenso  
tamen Archagatho: qui a patre noctis errore discesserat. Aga  
thocles autem nauibus quibus fuerat a sicilia regressus: cum  
custodibus earundem syraculas defertur. Exemplum flagitii  
singulare: rex exercitus sui desertor: filiorumq; pater pditor.  
Interim ī Africa post fugam regis milites pactione cum ho  
stibus facta interfectis Agathoclis filiis carthaginensibus se  
traddidere. Archagath cum occideretur ab Arcefilao amico  
Antipatris: rogauit eum: quidnam liberis eius facturum Aga  
thodem putet: per quem ipse liberis careat. Tunc respondit:  
latis habere se: q; superstitēs eos esse Agathoclis liberis sciat.  
Post hæc pœni ad psequendas belli reliquias duces ī siciliā

Vociferatus esset

Archagathus

Agathoclis uictor

Concubia nocte

Archagathus occiditur

Arcefilas

Antipater

Antipatris  
gentiuus



miserūcū qbus Agathocles pacē æquis cōditionibus fecit.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXIII.

**A**gathocles rex siciliæ pacificat⁹ cū carthaginēsis  
ptē ciuitatū a se fiducia uiriū dissidētē armis sube  
git. Deīde qī āgustis īsulæ terminis clauderetur: cu  
ius īpīi ptē p̄mis īcremētis ne spauerat qdēi italiā trāscēdit:  
exēpiū Dionysii secutus: q̄ multas ciuitates italiæ subegerat.  
Primi igitur hostes illi brutii fuere: q̄ & fortissimi & opulētis  
simi uidebātur: simul & ad iniurias uiciorū prōpti. Nā multas  
ciuitates græci noīs italiæ expulerāt. Auctores quoq; suos lu  
canos bello uicerāt: & pacē cum his æquis legibus fecerant.  
Tāta feritas aīoz erat: ut nec origini suæ p̄cerēt. Nāq; lucanū  
iudē legibus liberos suos: qbus & sprantūstituere soliti erāt.  
Quippe ab initio pubertatis ī siluis irer pastores habebantur  
sine ministerio ferulis: sine ueste quā iduerēt: uel cui icubarēt:  
ut a primis ānis duriciæ p̄simoniæq; sine ullo usu urbis astu  
eicerent. Cibus his præda uenatica: potus mellis & lactis &  
fontium liquor erat. Sic ad labores bellicos indurabantur.  
Horum igitur ex numero. l. p̄rio ex agris finitimoz prædari  
soliti: conuente deinde multitudine sollicitati præda cum  
plures facti essent: intestas regiones reddebant. Itaq; fatiga  
tus querelis lociorum Dionysius siciliæ tyrannus sexcentos  
afros ad compellēdos eos miserat: quorum castellum prodi  
tum sibi per Brutiam mulierem expugnarunt: ibiq; ciuitatē  
concurrentibus ad opinionem nouæ urbis pastoribus statu  
erunt: brutiosq; se ex nomine mulieris uocauerunt. Primum  
illis cum Lucanis originis suæ auctoribus bellum fuit. Qua  
uictoria erecti cum pacem æquo iure fecissent: ceteros finiti  
mos armis subegerunt: tantaq; opes in breui consecuti sunt:  
ut perniciosi etiam regibus haberentur. deniq; Alexander  
rex epiri cum in auxilium græcarum ciuitatum cum magno  
exercitu in italiā uenisset: cum omnibus copiis ab his dele  
tus est. Quare feritas eoz successu felicitatis incensa diu ter  
ribilis finitimis fuit. Ad postremū īplorat⁹ Agathocles spe

Pacificatus

Lucani brutiorū auctores

Lucanorū leges

Incubarent

Brutia

Brutij unde dicti

In breui

Alexander  
epiri rex

āpliādi regni a sicilia ī Italiā traiecit. Prīcipio aduēt⁹ opinio  
nis eius cōcussi legatos ad eū societate amicitiaq; petētes mi  
serūt. Quos Agathocles ad cenā iuitatos ne exercitū traici  
uiderēt: ī postez statuta his die scēsis nauib⁹ frustat⁹ ē. Sed  
fraudis haud lætus euētus fuit: Siquidē reuerti eū in siciliā ī  
teriectis paucis diebus uis morbi coegit: quo toto corpore cō  
prehēsus p̄ oēs neruos articulosq; humore pestifero crassante  
uelut ītestino singulozq; membroz bello īpugnabatur. Ex q̄  
despatione bellū inter filiū nepotēq; ortū eius regnū iā q̄si  
mortui uindicātibus: occiso filio regnū nepos occupauit. Igi  
tur Agathocles cū morbi cura & ægritudo grauiorē esset: &  
inter se & alter: alterius malo cresceret: desperatis rebus uxo  
rem suam Theogenam genitosq; ex ea duos paruulos cum  
omni pecuniā & familia regaliq; instrumēto: quo præter illū  
nemo regum ditior fuit: nauibus impositos ægyptum: unde  
uxorem: accepit: remittit: timēs ne p̄donē regni sui hostem  
paterētur. q̄q; uxor diu ne ab ægro diuelleretur: deprecata est:  
ne discessus suus adiungi nepotis parricidio posset: & tā cru  
ente hæc deseruisse uirum q̄ ille īpugnasse auum uideretur:  
nubēdo se nō p̄spere tantū: sed oīs fortunæ inisse societate:  
nec ī uitā piculo spiritus sui empturā: ut extremos uiri sp̄s ex  
ciperet: & exequiazq; officiū: i quod p̄fecta se nemo sit successu  
rus obsequio debitæ pietatis impleret. Discedētes paruuli flebi  
li ululatu amplexi patrē tenebant. Ex altera parte uxor ma  
ritū nō āplius uisura oculis fatigabat. Nec min⁹ senis lachry  
mæ miserabiles erāt. Flebāt ii morientem patrem: ille exules  
liberos. Hi discessu suo solitudinē patris senis ægritū: ī spē  
regni susceptos relinq; ī egestate lugebat. Inter hæc regia oīs  
assistentium fletibus q̄ crudelis disidii impleta. Tādē lachry  
mis finem necessitas profectionis imposuit: & mors regis p̄  
ficiscentes filios secuta est. Dum hæc aguntur: carthaginen  
ses cognitis quæ in sicilia agebātur: occasionem totius īsulæ  
occupandæ datam sibi existimantes magnis uiribus eo traui  
ciunt: multasq; ciuitates subigunt. Eo tempore & Pyrrhus ad  
uersus romanos bellum gerebat: qui imploratus a siculis ī  
auxilium sicuti dictū ē: cū syracusas uēisset: multasq; ciuitates

Conscens nauib⁹

Articularis morbi  
agathocle inuas

Crassari humor

Theogena  
Instrumētū rego

Fatigabat oscula

Dissidii

Pyrrhus



Destinat

Helenus

subegisset rex siciliæ sicut Epiri appellabatur. Quæ rerû felicitate lætatur Heleno filio Siciliæ uelut auitû (nã susceptus ex filia Agathoclis regis erat) Alexandro autem italiæ regnû deffiat. Post hæc multa secunda prælia carthaginensibus facit. Interiecto deinde tempore legati ab Italicis sociis uenere nunciâtes romanis relisti non posse: deditioemq; futuram: nisi subueniat. Anxius tam ambiguo periculo incertusq; qd ageret: uel quibus primum subueniret: in utrûq; pronus cõsultabat. Quippe istantibus hinc Carthaginensibus inde Romanis periculo sum uidebatur exercitum in Italiã nõ traicere: piculo sius a sicilia deducere: ne aut illi non lata ope: aut ii deserti amitterentur. In hoc æstu piculoq; tutissimus portus consiliorum uisus est. omnibus uiribus decernere in sicilia: & profligatis Carthaginensibus uictorem exercitum transponere in italiã. Itaq; conferto prælio cum superior fuisset: quoniam tamen a sicilia abiret: & p uicto fugere uisus est: ac ppter ea socii ab eo defecerunt: & imperium siciliæ tam cito amisit: q̃ facile quæsierat. Sed nec in italiã meliore felicitate ulus in Epirû reuertitur. Admirabilis utriusq; rei casus in exemplum fuit. Nam sicut ante secunda fortuna rebus supra uota fluxerant: ita nunc aduersa uelut in ostentationem fragilitatis humanae destruens q̃ cumulauerat Siciliensium ruinae naufragiû maris & fœdam aduersus Romanos pugnam turpẽq; ab italiã discessû adiecit. Post pfectionem a sicilia Pyrrhi magistratus Hiero creatur: cui tãta moderatio fuit: ut cõfertiẽte oium ciuitatû fauore dux aduersus Carthaginenses primû: mox rex crearetur. Huius futuræ maiestatis ipsa infantilis educatio q̃si pncipia fuit. Quippe genitû erat patre Hieroclyto nobili uiro: cuius origo a Gelo antiquo siciliæ tyrãno manabat: sed maternû illi genitû sordidû atq; admodû pudibundû fuit. Nã ex ancilla natû ac ppter ea a patre uelut dehonestamẽtû generis expositus fuerat. Sed paruulû & humanæ opis indigentẽ apes cõgesto circa iacentem melle multis diebus aluere. Ob quam rem responso aruspicum admonitus pater: qui regnum infantis portendi canebant: paruulum recolegit: oĩq; studio ad

Hiero rex

Infantilis

Pudibundû

Dehonestamentû

Apes heronẽ aluere

Hiero

Hieroclyt

Gelus

spem maiestati: quæ pmittebatur: instituit. Idẽ in ludo iter coæquales discenti lupus tabulam in turbam puerorû repete conspectus eripuit: adolefcẽti quoq; prima bella ineũti aq̃la i clipeo: noctua i hasta confedit. Quod ostentum & i cõsilio cautum & manu promptum regemq; futurum significabat. Deniq; aduersus prouocatores læpe pugnauit: sempq; uictoriam reportauit. A Pyrrho rege multis militaribus donis donatus est. pulchritudo ei corporis insignis: uires quoq; in homine admirabiles fuere. In alloquio blandus: in negotio iustus: in imperio moderatus erat: prorsus ut nihil ei regiũ deesse uideretur præter regnum.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXIII.

**D**VM Hæc in sicilia geruntur: interim i græcia dissidentibus iter se bello Ptolemæo Ceraũico & Antiocho & Antigono regibus: omnes ferme græciæ ciuitates duobus spartanis uelut occasio ne data ad spem libertatis erectæ missis inuicem legatis per quos i societatis fœdãra alligarẽtur: in bellum prupunt: & ne cum Antigono sub cuius bello erant: bellum cepisse uiderẽtur: socios eius ætolos aggrediũtur: cãs belli p̃tẽdentes: qd cõfessu græciæ sacratû Apollini cirrhæũ cãpũ p uĩ occupassẽt. Huic bello ducẽ eligũt Aran: q̃ aduato exercitu urbes lataq; i his cãpis posita depopulatur: q̃ auferri nõ poterãt: incendit. Quod cũ e mōtib; cõspicati ætolorû pastores essẽt: cõgregati admodû quĩgẽti spartanos hostes ignorãtes quãta man; essẽt: quoniã cõspectũ illis metus & icẽdiõq; fumus abstulerat: cõlectãtur: trucidatisq; admodû nouẽ milibus: prædões i fugã uerterũt. Reparãtib; deĩde spartanis bellũ auxiliũ multæ ciuitates negauerũt: existimãtes dominationẽ eos græciæ nõ libertatẽ quærere. iterea iter reges bellũ finitur. Nã Ptolemæus pulso Antigono cum regnum toti; macedoniæ occupassẽt: pacem cum Antiocho facit: affinitatẽq; cũ Pyrrho: data ei in matrimonium filia sua iungit. Exide externo metu deposito impium & facinorosum animum ad domestica scelera cõuer

Noctua in hasta

Aduersus prouocatores

Reportauit

Ptolemæus ceramnicus  
 Antiochus  
 Antigonus

Atas

Cirrhæus campu

Admodû



Arfinoe  
Cassandra urbs

titius insidiasq; Arfinoe sororis suae instruit: quibus & filio eius uita & ipsam Cassandrae urbis possessione priuaret. Primus ei dolus fuit simulato amore sororem in matrimonium petere. Aliter enim ad sororis filios: quorum regnum occupauerat quae concordiae fraude peruenire non poterat. Sed nota acelerata Ptolemaei uoluntas sorori erat. Itaque non credenti mandat uelle se cum filiis eius regni consortium iungere: cum quibus non ideo se armis contendisse: quoniam eripere his regnum: sed quod id facere sui muneris uellet: in hoc mitteret arbitrum iurisiurandi: quo praesente apud deos patrios quibus uellet obsecrationibus: se obligaret. Interea Arfinoe quid ageret: si mitteret decipi periurio: si non mitteret puocare rabie fraternae crudelitatis timebat. Itaque plus libens quam si bi timens: quos matrimonio suo protectura se arbitratur: mittit ex amicis suis Dionem: quo pducto in sanctissimum Iouis templum ueterime macedonum religionis Ptolemaei sumptis in manus altaribus contingens ipsa simulacra & puluina deorum iudicis ultimisq; execrationibus adiurat se sine cera fide matrimonium sororis petere. nuncupaturq; se eam reginam: neque in contumeliam eius se aliam uxorem alios uel quae filios eius liberos habiturum. Arfinoe postea quae spe impleta est: & metu soluta ipsa cum fratre colloquitur: cuius uultus & blandientes oculi cum fidem non minorem quam iusiurandum promitterent: reclamante Ptolemaeo filio fraudem subesse in matrimonium fratris consensit. Nuptiae magno apparatu laetitiaq; omnium celebrantur. Ad concionem quoque uocato exercitu capiti sororis diadema imponit: reginamque eam appellat. Quo nocte in laetitia effusa Arfinoe quia quod morte Lysimachi prioris mariti amiserat: recepisset: ultro uirum in urbem suam Cassandrae iuitat: cuius urbis cupiditate fraus struebatur. Progressa igitur uiginti die festum urbi in aduentum eius indicit: domos templaque caeteraque omnia exornari iubet: aras ubique hostiasque disponi: filios quoque suos Lysimachum sedecim annos natum Philippum triennio minorem utrumque forma insignem coronatos occurrere iubet. Quos Ptolemaeus ad caelandam fraudem cupide & ultra modum uerae affectionis amplexus osculis

Dio

Adiurat se inauditis ultimisq; execrationibus

Judicet

Lysimachus  
Philippus

diu fatigat. Vbi ad portam uentum est: occipari arcem iubet: pueros interfici. Qui cum ad matrem confugissent: in gremio eius iter ipsa oscula trucidantur. Proclamante Arfinoe: quod tantum nefas aut nubedo aut post nuptias contraxisset: pro filiis se saepe percussoribus obtulit. Frequenter corpore suo pueroque corpora amplexata premit: uulneraque excipere: quae liberis intendebantur: uoluit. Ad postremum spoliata etiam funeribus filiorum: scissa ueste & crinibus sparsis cum duobus seruulis ex urbe pertracta: famosam thraciam in exilium abiit eo miserior: quae morti cum filiis ei non licuit. Sed nec Ptolemaeo multa scelera fuerunt. Quippe diis immortalibus tot piuria & tanta cruenta parricidia uindicantibus: breui post a gallis spoliatus regno captusque uita ferro: ut meruerat: amissit. Namque galli abundanti multitudinem cum eos non capent terrae: quae genuerant: trecenta milia hominum ad sedes nouas quaerendas uelut peregrinatum miserunt. Ex iis portio in italia confedit: quae & urbem romam captam incendit: & portio illyricos sinus ducibus auibus (nam augurandi studio galli praeter caeteros callent) per strages barbarorum penetrauit: & in pannonia confedit: gens aspera: audax: bellicosa: quae prima post Herculem cui ea res uirtutis admiratione & immortalitatis fide dedit: alpiu iuncta iuga & frigore intractabilia loca transcedit. Ibi domitis panoniis per multos annos cum finitibus uaria bella gesserunt: Hortante deinde successu diuisis agminibus alii graeciam alii macedoniam omnia ferro prosternentes petiuerunt: tantusque terror gallici nominis erat: ut etiam reges non laceffiti ultro pacem igitur pecunia mercarentur. Solus rex macedoniae Ptolemaeus aduentum galloz in trepidus audiuit: uisusque cum paucis & in compositis quasi bella non difficilius quam scelera patarentur parricidiorum furis ageratus occurrit: dardanoz quoque legationem uiginti milia armatorum in auxilium offerente spreuit: addita insuper contumelia actum de macedonia dicens: si cum totum orientem soli domuerint: nunc in uindictam finium dardanis egeant. milites se habere filios eorum: qui sub Alexandro rege stipendia toto orbe terrarum uictores fecerint: quae ubi Dardano regi nunciata sunt: in clutum illud macedoniae regnum breui imaturi iuuenis temeritate casurum dixit. Igitur Galli duce Belgio ad tetandos ma

Fatigat osculis

Ptolemaei ceruicis mors

Vindicantibus

De gallis

Augurandi studio galli praeter caeteros callent

Mercantur paci

Actu de macedonia

Vindictam finium

Belgius



VNIVERSIDAD  
D SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

cedonū animos legatos ad Ptolemæū mittūt: offerētes pacē  
si emere uelit. Sed Ptolemæ⁹ iter suos belli metu pacē Gal  
los petere gloriat⁹ ē nec minus ferociter se legatis q̄ iter ami  
cos iactauit. Aliter se pacē datuz negando nili p̄cipes suos  
obsides dederint: & arma tradiderint. nō enim fidem se nisi  
inermibus habituz. Renunciata legatione risere galli ūdiq;  
acclamātes breui lenfuz sibi an illi cōsulētes pacē obtulerūt.  
Interiectis diebus p̄liū cōseritur. Victi macedones cādūtur.  
Ptolemæus multis uulneribus saucius capitur caput eius am  
putatur: & lancea fixum tota acie ad terrorem hostium circū  
fertur. Paucos ex macedonibus fuga seruauit: ceteri aut capti:  
aut occisi. Hæc cum nuuciata per omnem macedoniā effēt:  
portæ urbium clauduntur: luctu omnia replentur: nunc or  
bitatem amissorum filioꝝ dolebant: nūc excidia urbium metu  
ebant: nūc Alexātri Philippiq; regū suoꝝ noīa sicuti numīa  
in auxilium uocabant. sub illis se non solum tutos: ueꝝ etiā  
uictores orbis terrarum extitisse. Ut tuerētur patriam tuam:  
quam gloria rerum gestaz cælo proximam reddidissent: ut  
opē afflicti ferrent: quos furor & temeritas Ptolemæi regis  
perdiderat: orabāt. Despantib⁹ oīb⁹ nō uotis agēdū Sosthe  
nes unus de Macedonū p̄cib⁹ rat⁹ contracta iuuetute &  
gallos exultātes uictoria cōpescuit: & macedoniā ab hostili d̄  
populatiōe defēdit: ob quæ uirtutis beneficia multis nobili  
bus regnū macedoniæ affectātib⁹ ignobilis ip̄e p̄pōitur: & cū  
rex ab exercitu appellat⁹ eēt: ip̄e nō ī regis sed ī ducis nomen  
iurare milites coegit. Interea Bren⁹: quo duce portio galloꝝ ī  
graciā se effuderat: audita uictoria suoꝝ: q; Belgio duce mace  
dones uicerāt: indignat⁹ p̄ta uictoria tā opimā pdā & orientis  
spoliis onustā tā facile relictā eē: ip̄e adūatis. CL. milib⁹ pedi  
tū & .xv. milibus equitū in macedoniā irrūpit: Cū agros uil  
lasq; popularētur: occurrit ei cum instructo exercitu macedo  
nū Sosthenes: sed pauci a pluribus: trepidi a ualētibus facile  
uincuntur. Itaq; cum uicti se macedones ītra muros urbium  
condidissent: uictor Brenus nemine p̄hibēte totius macedo  
niæ agros deprædatur. Inde quasi spolia sorderēt: animū ad  
deoz immortalium templa conuertit: scurriliter iocatus: lo

Gallorū uictoria de pto  
lemeo

Sosthenes

Brenus

Deprædatur

Scurriliter

cūpletēs deos largiri hōminibus oportere. Stati igitur del  
phos iter uertit p̄dā religiōis aurum offensæ deoz imōrta  
liū p̄ferēs: quos nullis opibus egere: ut q̄ eas largiri hoīb⁹  
soleāt: affirmabat. Templū autem Apollinis delphis positū  
est in monte parnaso in rupe undiq; ipendente: ibi ciuitatē  
frequentia hominū facit: Qui ad affirmationem maiestatis  
undiq; concurrentes in eo saxo confedere. Atq; ita templum  
ciuitatemq; non muri sed p̄cipitia: nec manu facta sed na  
turalia p̄sidia defēdunt. prorsus ut incertum sit utrū muni  
mentam loci: an maiestas dei plus hic admirationis habeat:  
media saxi rupes ī formā theatri recessit. Quā ob rem & hō  
minū clamor & si qū accidit tubaz son⁹ q̄ sonantib⁹ & reso  
nātib⁹ iter se rupibus & multiplex audiri āpliorq; q̄ editur: re  
sonare solet. Quæ res maiorē maiestatis terrore ignaris rei  
admirationē stupentibus plerūq; affert. In hoc rupis anfra  
ctu media ferme montis altitudine planicies exigua est: atq;  
in ea profundum terræ foramen: quod in oracula patet. Ex  
quo frigidus spiritus in quōdam uelut uento in sublime ex  
pulsus mentes uatum in uacordiā uertit: impletasq; deo res  
ponsa consulentibus coegit. Multa igitur ibi & opulenta re  
gum populorumq; uisuntur munera: quæq; magnificentia  
sui reddentium uota gratam uoluntatem & deorū responsa  
manifestant. Igitur Brenus cum in conspectu haberet tēplū  
diu deliberauit: an cōfestim rem aggredere: an uero festis  
uia militibus noctis spatium ad resumendas uires daret. Eu  
rydā⁹ & Thessalonus duces q; se ad p̄de societate iūxerāt:  
amputari moras iubent: dum ip̄parati hostes & recens aduēt⁹  
sui terrore esset. Interiecta nocte & animos hostibus forsitan  
& auxilia accessura: & uias quæ tunc pateant obstructum iri.  
Sed galloꝝ uulgus ex longa iopia ubi primū uino ceterisq;  
cōmeatibus referta rura inuenit: non minus abundantia q̄  
uictoria lætum p̄ agros se sparserat: desertisq; signis ad occu  
panda oīa p̄ uictorib⁹ uagabatur: quæ res dilationē delphis  
dedit. Prima nanq; opinione aduēt⁹ galloꝝ prohibiti agre  
stes a græcis oraculis ferūtur messes uinaq; uillis efferre: cui⁹  
rei salutare p̄ceptum non prius intellectum est: q̄ uini cæ

Apollinis delphici  
templi descriptio

Anfractu

Eurydānus  
Thessalonus



UNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

terarūq; copiarū abundātia uellut mōra gallis abiecta auxilia  
finitimorū conuenere. Prius itaq; urbem suam Delphi aucti  
uirib; sociorū pmuniuere: q; galli uino uelut prādaē icubātes  
ad signa reuocarētur. Habebat Brennus lecta ex omni exerci  
tu peditum. lxx. milia: delphorū sociorūq; non nisi quattuor  
milia militum erant: quorū contemptu Brennus ad acuēdos  
suorū animos prādaē ubertatem omnibus ostendebat: sta  
tuasq; cum quadrigis: quarum ingens copia pcul uisebatur:  
solido auro fusas esse. Plusq; ī pondere q̄ ī specie in se habere  
prādaē affirmabat. Hac asseueratione icitati galli simul & he  
sterno mero saucii sine respectu piculorū in bellum ruebant.  
Contra delphi plus in deo q̄ ī uiribus spē ponentes cum cō  
temptu hostium resistebāt: candētesq; gallos e sūmo mōtis  
uertice partim saxi partim armis obruebant. In hoc partiū  
certamine repente uniuersorū temploꝝ antistites simul & ipi  
uares sparsis crinibus cū insignibus atq; īfulis puidi uacor  
de sue ī primā pugnātium aciem pcurrūt: aduenisse deū cla  
mant: eūq; se uidisse desilientē in tēplum p culminis apta fa  
stigia. Dū oēs opem dei suppliciter īplorant: iuuenem supra  
hūanū modū īsignis pulchritudis comitesq; ei duas armatas  
Agēs ex ppinquis duab; Dianæ Mieruæq; ædib; occurrif  
se: nec oculis tantū hęc se pspexisse: sed audisse etiā stridorē  
arcus ac strepitū armorū. Proinde ne cūctarētur diis atēsigna  
nis hostē cedere: & uictoriæ deorū socios se adiūgere sūmis  
obsecrationibus monebant: quibus uocibus icēnsi omnes cer  
tūtim in prælium profiliunt. Præsentiam dei & ipsi statū fen  
sere. Nam & tæremotu portio montis abrupta gallorū stra  
uit exercitum: & cōfertissimi cunei nō sine uulneribus hosti  
um dissipati ruebant. Insecuta deīde tempestas est: quæ grā  
dine & fulgore saucios & uulneribus absumpsit. Dux ipse  
Brennus cum dolorem uulnerum ferre non posset: pugione  
uitam finiuit. Alter ex ducibus punitis belli auctoribus cum  
decem milibus sauciorū citato agmine a græcia excedit. Sed  
nec fortuna fugientibus commodior fuit. Siquidem puidis  
nulla sub tectis acta nox: nullus sine labore & periculo dies:  
assidui imbres & gelu nix concreta & fames & lassitudo: &

Cunei cōfertissimi

Brenni mors

super hęc maximum per uigiliæ malū miseris ifelicis belli  
reliquias obterebant. Gentes quoq; nationesq; p quas iter  
habebant: gaudentes uelut prādam uagos fugientes sectabā  
tur. Quo pacto euenit: ut nemo ex tanto exercitu: q; paulo an  
te fiducia uinum etiā deos contēbant: uelut ad memoriā  
tantæ cladis superesset.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER. XXV.

**I**Nter duos reges Antigonum & Antiochum  
statuta pace: cum in macedoniam Antigonus re  
uerteretur: nouus eidem repente hostis exortus  
ē. Quippe galli qui a Brenno duce cum ī græciā  
proficiscerētur: ad terminos gētis tuēdos relicti fuerāt: ne soli  
desides uiderentur: peditum. xy. milia: equitum tria milia ar  
mauerant: fugatisq; getarū tribalorūq; copiis macedoniæ imi  
nētes legatos ad regē miserūt: q; pacē ei uanālē offerrēt: simul  
& regis castra specularētur: quos Antigon; p regali mūificē  
tia igēti apparatu epularū ad cœnā iuitauit. Sed galli apposi  
tū grāde auri argētūq; pōdus admirātes: atq; prādaē ubertate  
solicitati īfestiores q̄ uenerāt: reuertūtur. q; & elephātes ad  
terrorē uelut iuuitatas barbaris formas rex ostēdi iusserat: na  
ues onustas copiis demonstrari: ignar; q; q; bus ostētatōe uiriū  
metū se iucere existimabat: eorum aīos ut ad opimā prādam  
solicitabat. Itaq; legati ad suos reuersi: oīa ī mai; extollētes  
opes pariter & negligentiam regis ostendunt: referta auro &  
argento castra esse: & neq; uallo fossaue munita: & quasi satis  
munimēti ī diuitiis haberēt: itaq; eos oīa officia militaria iter  
misse. prorsus quasi ferri auxilio nō idigerēt: quoniā abun  
darēt auro. Hac relatione auidæ gentis animi satis ad prādaē  
icitābātur. Accedebat tū exēplū Belgiū: q; nō magno āte tēpo  
re macedonū exercitū cū rege trucidauerat. Itaq; cōsētētibus  
oīb; nocte castra regis aggrediūtur: q; psetiētes tātā tēpestatē  
signū pridie dederāt: ut oīb; reb; ablati ī pxiam siluā taciti  
se occultarēt. Neq; aliter seruata castra q; deserta sūt: siqdē gal  
li ubi oīa uacātia nec sine defēsorib; modo: ueq; ēt sine custo

Opima praeda





dibus uidetur: non fugam hostium sed dolū arbitrātes diu intrare portas timuerunt. Ad postremum integris & intactis munimētis scrutantes poti⁹ q̄ diripientes castra occupauerunt. Tunc ablatis q̄ inuenerant ad littus cōuertuntur. Ibi dū naues incautus diripiūt a remigib⁹ & ab exercit⁹ parte quæ eo cū cōiugib⁹ & liberis cōfugerat: nihil tale metuētes trucidantur: tātaq; cædes galloꝝ fuit: ut Antigono pacem hui⁹ uictoriae opinio non a gallis tātum ueꝝ etiam a finitimoz̄ feritate præstiterit: q̄ galloꝝ ea tēpestate tāte felicitatis inuētus fuit: ut aliam omnem uelut examinae aliquo implerent. Deniq; neq; reges orientis sine mercenario galloꝝ exercitu ulla bella gesserint: neq; pulsi regno ad alios q̄ ad gallos confugerint. Tātus terror gallici nominis siue armoz̄ inuicta felicitas erat: ut aliter neq; maiestatem suam tutā: neq; amissam recuperare se possent sine gallica uirtute arbitrarentur. Itaq; in auxilium a Bithynie rege uocati: regnum cum eo parta uictoria diuiserunt: eamq; regionem gallogræciam cognominauerunt. Dum hæc alia geruntur: interim in sicilia Pyrrhus a pœnis nauali prælio uictus ab Antigono macedoniae rege supplementum militum per legatos petit: denunciās ni mittat redire se in regnū necesse habere: incrementa rerum quæ de romanis uoluerit de ipso quaeriturum. Quod ubi negatum legati rettulerūt: dissimulatis causis repentinam fingit pfectionē. Socios iterim parare bellum iubet: & arcis tarentinae custodiā Heleno filio & amico Miloni tradit. Reuersus in Epirum statim fines macedoniae inuadit: cui Antigonus cum exercitu occurrit: uictusq; p̄lio in fugā uertitur. Atq; ita Pyrrhus macedoniā in ditionē accepit: & ueluti dāna amissæ siciliae Italiae q; acquisito macedoniae regno pensasset: relictum Tarenti filium: & amicum accersit. Antigonus autem cum paucis equitibus fugæ comitibus repente fortunæ ornamentis destitutus: amissi regni speculatus: uentus thessalonicam se recepit: ut inde cum conducta galloꝝ mercenaria manu bellū repararet. Rursus a Ptolemæo Pyrrhi filio funditus uictus: cū septem comitibus fugiēs non recuperandi regni spes sed salutis latebras ac fugæ solitudines captat. Igitur Pyrrhus in tanto fastigio regni collocatus: iam

Gallogræcia dicta unde?

Pyrrh)

Helen)

Milo

Thessalonica

Captat latebras

nec eo ad quod uotis pueniendum fuerat contentus gratia. Aliæq; regna meditatur. neq; illi maior ex impio q̄ ex bello uoluptas erat: nec quisq; Pyrrhum q̄ tulisset impetum: sustinere ualuit. sed ut ad deuincēda regna inuictus habebatur: ita deuictis acquisitisq; celeriter carebat. tanto melius studebat acquirere ipia q̄ retinere. Itaq; cū copias Cherronelo transposuisset: legationibus Atheniensem & achiuoz̄ melleniorumq; excipitur. Sed & græcia oīs admirationem nonis eius simul & rerum aduersus romanos pœnosq; gestaz̄ attoniti aduentū eius spectabāt. Primum illi bellum aduersus spartanos fuit: ubi maiore muliez̄ q̄ uiroz̄ uirtute excipitur. Tūc Ptolemæū filium & exercitus partem robustissimā misit: quippe oppugnanti urbem ad tutelam patriæ tanta multitudo foemiarū concurrat: ut non fortius uictus q̄ uerecūdus recederet. Porro Ptolemæum filium eius adeo strenuū & manu fortē fuisse tradunt: & urbem Corcyram cum sexagesimo cepit: idem prælio nauali trirēmē ex scapha cū septio insiluerit: captaq; tenuerit. In opugnatione quoq; spartanorum usq; in mediā urbē cum equo procurrerit: ibiq; concursu multitudinis interfectus sit: cuius corpus ut relatum patri est dixisse Pyrrhū ferunt: aliquanto tardius eum q̄ timuerit ipse uel temeritate eius meruerit occisum esse. Repulsus a spartanis Pyrrhus argos petit: ibi dum Antigonom in urbe clausum expugnare conatur inter confertissimos uolentissime dimicans saxo de muris iactato occiditur: caput ei⁹ Antigono refertur: q̄ uictoria mitius usus filium eius Helenum cū epirotis sibi deditū in regnum dimisit: eiq; in sepulchri patris ossa in patriam referenda tradidit. Satis constans inter omnes auctores fama est: nullum nec eius nec superioris ætatis regem cōparādū Pyrrho fuisse: raroq; inter reges tantum: uerum etiam inter illustres uiros aut uitæ sanctioris: aut iustitiæ p̄bationis uisum fuisse. Scientiam certe rei militaris in illo uiro tantā fuisse: ut cum Lysimacho Demetrio Antigono tātis regibus bella gesserit: inuict⁹ sēp extiterit. Illyrioz̄ quoq; siculoz̄ romanorū & Carthaginensium bellis nunq; inferior: plerūq; etiam uictor extiterit: qui patriam certe suam angustam ignobilēq; fama rerum

Transposuisset

Corcyra urbs

Sexagesimo

Septimo

Aliquanto tardius

Dimicans uolentissime

stine



UNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

gestas & claritate nois sui toto orbe illustrem reddiderit.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXVI.

**P**OST Mortem Pyrrhi non in macedonia tantum uerum etiam in asia graeciaq; magni bellorum motus fieri. Nam & Peloponensium per proditionem Antigono sunt traditi: & uariete hominum partim dolore partim gaudio: prout singulae ciuitates aut auxilium de Pyrrho sperauerant: aut metus sustinuerant: ita aut cum Antigono societatem iungebant: aut mutuis inter se odiis in bellum ruebant. Inter hunc turbatarum prouinciarum motum Epirorum quoque urbs ab Aristotimo principe per tyrannidem occupata: quo cum multi ex prioribus moribus occisi: plures in exilium acti essent: aetolis per legatos postulantes ut coniuges liberosque exulum redderet: prius negauit: postea quasi poeniteret: proficiscendi ad suos omnibus matronis potestatem dedit: diemque profectionis statuit. Illae quasi in perpetuum cum uiris exulatae pretiosissima quaeque auferentes: cum ad portam quasi uno agmine profecturae conuenissent omnibus rebus expoliatae in carcere recluduntur: occisis prius in gremiis matrum paruulis liberis uirginibusque ad stuprum direptis. Hac tam saeuam dominationem stupentibus omnibus princeps eorum Helematus senex & liberis orbus: ut qui nec aetatis nec pignorum respectum timeret: conuocatos domi fidissimos amicorum in uindictam patriae hortatur cunctantibus priuato periculo publicum finire: & deliberandi spatium postulantes accersitis seruis iubet obserari fores: tyrannoque nunciari mitteret: qui coniuratos apud se comprehenderet: obiectans singulis se quia libertandae patriae auctor esse non possit desertae ultorem futurum. Tunc illi anticipati periculo circumuenti honestiorem uitam eligentes coniurant in tyranni necem: atque ita Aristotimus qui toto posteaquam tyrannidem occupauerat: mense opprimitur. Interea Antigonus cum multiplici bello & Ptolemaei regis & spartanorum premeretur nouusque illi hostis gallo graeciae

Variante

Epirorum urbs

Aristotimus

Helematus

Ancipiti periculo

exercitus affluxisset in speciem castrorum parua manu aduersus caeteros relicta aduersus gallos totis uiribus proficiscitur. Quibus cognitis galli cum & ipsi se praelio pararent in auspiciis pugnae hostias cadunt: quarum extis cum magna caedes interitusque omnium praediceretur: non in timorem sed in furorē uerli: sperantelque deorum minas expiari caede suorum posse: coniuges & liberos suos trucidat: auspiciis belli a parricidio incipientes. Tanta rabies feros animos inuaserat: ut non parcerent aetati: cui etiam hostes pepercissent: bellumque interne ciuium & natalitium cum liberis liberorumque matribus gererent: pro quibus bella suscipi solent. Ita quasi scelere uitam uictoriamque redemissent: sicut erant cruenti ex recenti suorum caede in praelium non meliore euentu quam omine proficiscuntur. Siquidem pugnantes prius parricidiorum furiae quam hostes circumuenire: obseruantibusque ante oculos manibus interemptorum omnes occasione caeli. Tanta strages fuit: ut dii pariter cum hominibus consensisse in excidium parricidarum uiderentur. Post huius pugnae euentum Ptolemaeus & spartani uictorem hostium exercitum declinantes in tutiora se recipiunt. Antigonus quoque ubi eorum discessum uidet: receti adhuc ex prioris uictoria militum ardore bellum Atheniensibus infert: in quo cum occupatus esset: interim Alexander rex epiri ulcisci mortem patris Pyrrhi cupiens fines macedoniae depopulatur: aduersus quem cum reuersus a graecia Antigonus esset: transiitione militum destitutus regnum macedoniae cum exercitu amittit. Huius filius Demetrius puer admodum absente patre reparato exercitu non solum amissam macedoniam recepit: uerum etiam Epiri regno Alexandrum spoliatur: tanta uel mobilitas militum uel fortunae uarietas erat: ut uicissim reges nunc exules nunc reges uiderentur. Igitur Alexander cum exul ad arcadas confugisset: non minore Epirotarum desiderio quam sociorum auxilio in regnum restituitur. Per idem tempus rex cyrenarum Agas decedit: qui ante infirmitatem Beronicen unicam filiam ad finienda cum Ptolemaeo fratre certamina filio eius desponderat. Sed post mortem Antigoni regis mater uirginis Arsinoe ut iuita

In specie castrorum

Occisione caeli

Alexander rex epiri pyrrhi .f.

Transiitio militum .

Demetrius

Agas

Beronice

Arsinoe

Infirmitate

12



se contractum matrimonium solueret: misit: qui ad nuptias uirginis regnumque cyrenarum Demetrium fratrem regis Antigoni a macedonia accerferent: qui & ipse ex filia Ptolemæi procreatus erat. Sed nec Demetrius moram fecit. Itaque cum secundate uento celeriter cyrenas aduolasset: fiducia pulchritudinis: quæ nimis placere focui cœperat: statim a principio superbis regis familiaribusque impotens erat: studiumque placendi a uirgine in matrem contulerat: quæ res spectata prior uirgini deinde popularibus militibusque inuisa fuit. Itaque uersis omnium animis in Ptolemæi filium insidia Demetrius comparantur: qui cum in lectum focus concessisset: per fores immittuntur. Sed Arinoe audita uoce filie ad fores stantis & præcipientis: ut matri parcerent: adulterum paulisper corpore suo protexit. Quo interfecto Beronice & stuprum matris salua pietate ulta est: & in matrimonio fortiendo iudicium patris secuta.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXVII.

Antiochus  
Seleucus  
Laodice  
Beronice

**M**ORTVO Syriae rege Antiocho cum in locum eius filius Seleucus successisset: horrante matre Laodice: quæ inhibere debuerat: auspicia regni a parricidio cœpit. Quippe Beronice nouercam suam sororem Ptolemæi regis ægypti cum paruulo fratre ex ea suscepto interficit: quo facinore perpetrato & infamiae maculam subiit: & Ptolemæi bello se implicuit. Porro Beronice cum ad se interficiendam missos didicisset: paternæ daterne se clausit. Vbi cum obsideri eam cum paruulo filio nunciatum ciuitatibus asiæ esset: recordatione paternæ maiorumque dignitatis eius & casum tam indignæ fortunæ miserantes auxilia ei omnes misere. frater quoque Ptolemæus periculo sororis excitus relicto regno cum omnibus uiribus aduolat. Sed Beronice ante aduentum auxiliorum cum ui expugnari non posset: dolo circumuenta trucidatur.

*imo sublato è medio a laodice uxor uerum quod beronice ptolemæi filium duxisset uxor e secundam libro syro*

In digna res omnibus uisa. Itaque cum uniuersæ ciuitates: quæ defecerant: ingentem classem comparassent: repente exemplo crudelitatis externæ simul & in ultionem eius: quam defensuri erant: Ptolemæo se tradunt: qui nisi in ægyptum domestica seditione reuocatus esset: totum regnum Seleuci occupasset. Tantum uel illi odium parricidiale scelus: uel huic fauorem indigne interemptæ mors sororis attulerat. Post discessum Ptolemæi Seleucus cum aduersus ciuitates: quæ defecerant: ingentem classem comparasset: repente ueluti diis ipsis parricidium uindictantibus orta tempestate classem naufragio amittit: nec quicquam illi ex tanto apparatu præter nudum corpus & spiritum & paucos naufragii comites relictos fortuna fecit. Misera quidem res: sed optanda Seleuco fuit: siquidem ciuitates: quæ odio eius ad Ptolemæum transferant: uelut diis arbitris satisfactum sibi esset: repentina animorum mutatione in naufragii misericordiam uersæ imperio se eius restitunt. Lætus igitur malis suis & damnis ditior redditus uelut par uiribus bellum Ptolemæo infert: Sed quali ad ludibrium tantum fortunæ natus esset: nec propter aliud opes regni recepisset: quæ ut amitteret uictus prælio non multo quam post naufragium comitior trepidus in Antiochiam confugit. Inde ad Antiochum fratrem litteras fecit: quibus auxilium eius implorari: oblata ei asia inter fines tauri montis in premium latæ opis. Antiochus autem cum esset annos. xiiii. natus supra ætatem regni audis occisionem non tam pio animo quam offerebatur arripuit: Sed latronis more totum fratri eripere cupiens puer sceleratam uirilemque sumit audaciam: Vnde hierax est cognominatus: quia non hominis sed accipitris situ in alienis eripiendis uitam sectaretur. Interea Ptolemæus cum audisset regem Antiochum in auxilium Seleuco uenire: ne cum duobus uno tempore dimicaret: in annos. x. cum Seleuco pacem facit: sed pax ab hoste data interpellatur a fratre: qui conducto gallorum mercenario exercitu pro auxilio bellum pro fratre hostem se imploratus exhibuit. In eo prælio uirtute gallorum uictor quidem Antiochus fuit: sed galli arbitantes Seleucum in

Parricidiale  
scelus

Litteras fecit

Antiochus frater  
Seleuci

Antiochus hierax cuius  
cognominatus

Interpellatur



prelio cecidisse in ipsum Antiochum arma uertunt: liberius depopulaturi aliam si omnem stirpem regiam extinxissent. Quod ubi sentit Antiochus uelut a prædonibus auro se redemit: societatemque cum mercenariis suis iungit. Interea rex Bithyniæ Eumenes sparsis consumptisque fratribus bello interinæ discordiæ quasi uagantem asiæ possessionem in uasuius uictorem Antiochum gallosque aggreditur: nec difficile faucios adhuc ex superiore congressione integer ipse uiribus superat. ea namque tempestate omnia bella in exitum asiæ gerebantur: uti quisque fortior fuisset: asiæ uelut prædā occupabat. Seleucus & Antiochus fratres bellum propter Asiā gerebant. Ptolemæus rex ægypti sub specie toroniarum ultionis asiæ inhiabat. Hinc Bithynius Eumenes: inde galli humilior. semper mercenarii manus Asiā depopulabantur. Cum interea nemo defensor asiæ inter tot prædones inueniebatur: uicto Antiocho cum Eumenes maiorem partem asiæ occupasset: ne tunc quidem fratres perdit premio: propter quod bellum gerebant: concordare potuerunt. Sed omisso externo hoste in mutuam exitium bellum reparant. In eo Antiochus denuo uictus multorum dierum fuga fatigatus tandem a locetum suum Artamenem regem cappadociæ prouehitur: quo cum primum benigne susceptus esset: interiectis diebus cognito quod si indiæ pararentur: salutem fugam qua siuit. Igitur cum profugo nullus locus tutus esset: ad Ptolemæum hostem cuius fidem tutiorem quam fratris existimabat: decurrit: memor uel quæ facturus fratri esset: uel quæ meruisse a fratre. Sed Ptolemæus non tam amicus ei deditus quam hostis factus seruari eum arctissima custodia iubet. Hinc quoque Antiochus opera cuiusdam meretricis adiutus: quam familiariter agnouerat: deceptis custodibus labitur: fugiensque a latronibus interficitur. Seleucus quoque iisdem ferme diebus amisso regno equo præcipitatus finitur. sic fratres quasi & germanis casibus exules ambo post regna scelorum luorum poenas luerunt.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXVIII.

*Eumenes*  
Seleucus & Antiochus fratres bellum propter asiā gerebant. Inhiabat asiæ

*Antiochus uictus a Seleuco fratre Artamens*

*Antiochus a latronibus occisus.*  
Finitur Seleuci fratris Antiochi mors.

**O**lympas Pyrrhi epirotæ regis filia amisso marito eodemque germano fratre Alexandro cum tuellam filiorum ex eo susceptorum Pyrrhi & Ptolemæi regnique administrationem ipsa recepit: ab ætolis partem acharnaniæ: quam in portionem belli pater pupillorum acceperat: eripere uolentibus ad regem macedoniæ Demetrium decurrit: eique habentem uxorem Antiochi regis syriæ sororem filiam suam Phytiam in matrimonium tradidit: ut auxilium quod misericiordia non poterat iure cognationis obtineret. Fuit igitur nuptiæ: quibus & noui matrimonii gratia acquiritur: & ueteris offensa contrahitur. Nam prior uxor uelut matrimonio pulsa sponte sua ad fratrem Antiochum discedit: eumque in mariti bellum impellit. Acharnanes quoque diffusi epirotis aduersus ætolos auxilium romanorum implorantes obtinuerunt a Romano senatu: ut legati mitterentur: qui denunciant ætolis præsidia ab urbibus acharnaniæ deducerent: parerenturque esse liberos: qui soli quondam aduersus Troiam nos auctores originis suæ auxilia græcis non miserunt. Sed ætoli legationem romanorum superbe adiuerunt: poenos illis & gallos: a quibus tot bellis uexati totiens occisione sint cæsi exprobrantes: dicentesque prius illis portas aduersus Carthaginenses aperiendas: quas clausit metus punici belli: quam in græciam arma transferenda. Meminisse deinde iubent: quibus minentur aduersus gallos urbem suam eos tueri non potuisse: captamque non ferro defendisse sed auro redemisse. Quam gentem se aliquanto maiori manu græciam ingressam non solum externis uiribus sed ne domesticis quidem relictis adiutos uniuersam deesse: sedemque sepulchris eorum præbuisse. quam illi uiribus imperioque suo præposuerant: contra italiā trepidis ex recenti urbis suæ incendio Romanis uniuersam ferme a gallis occupatam. Primum igitur illos gallos Italia pellendos quam minentur ætolis: priusque sua defendenda: quam aliena defendi appetenda. Quos autem homines Romanos esse nempe pastores: qui latrocinio iustis dominis ademptum solum teneant: qui uxoris cum propter originis

*Olympias*  
*Pyrrhus*  
*Alexander*  
*Germanus*  
*frater*

*Phytia*

*Acharnanes soli græcis auxilia non miserunt*



Dehonestameta

dehonestamenta nec inuenirent sui publica rapuerint: qui  
 deniq; urbem suam parricidio condiderint: murorumq; fun-  
 damenta fraterno sanguine aspererint. Aetolos autem prin-  
 cipes græciæ semper fuisse: & sicut dignitate ita & uirtute ce-  
 teris prestitisse solos. Deniq; esse qui macedonas imperio ter-  
 rarum florentes semper contempserint: qui Philippum regē  
 non timuerint qui Alexandri magni post perlas indoicq;  
 deuictos cum omnes nomine eius horrerent: edicta spreue-  
 rint. Monere igitur se romanos contenti sint fortuna præse-  
 ti: nec prouocent arma: quibus & gallos caecos & macedo-  
 nas contemptos uideant. Sic dimissa legatione Romanorū  
 ne fortius locuti q̄ fecisse uiderentur: fines Epiri regni Achar-  
 naniæ depopulantur. Iam Olympias filius regna tradiderat:  
 & in locum Pyrrhi fratris detuncti Ptolemæus successerat:  
 qui cum hostibus instructo exercitu obuius processisset: in-  
 firmitate correptus in itinere decedit. Olympias quoq; non  
 magno post tempore gemino funerū uulnere afflicta agrū  
 spiritum trahens non diu filiis superuixit. Cum ex gente re-  
 gia sola Nereis uirgo cum Laudomia sorore superesset: Ne-  
 reis nubit Geloni iuliciæ regis filio: Laudomia autem cum  
Laudomia in aram dianæ confugisset: concursu populi interficitur: quod  
Gelo facinus dii immortales assidue cladibus gentis & prope in-  
 teritu totius populi uindicauerunt. Nam iterelitatem famēq;  
 passi: & intestina discordia uexati: externis ad postremum  
Milo bellis pene consumpti sunt. Miloq; Laudomiæ percussor in-  
 tutorem uersus nunc ferro nunc saxo in summa dentibus la-  
 ceratis uiscerib; .xii. die itererit. Iis i Epiro gestis interī i ma-  
Demetrius cedōia Demetrius rex relicto filio Philippo puulo: admodū  
Philippo decedit Cui Antigon tutor dat<sup>9</sup> accepta i matrimoniū ma-  
Antigon tre pupilli regē se constituere laborat. Interiecto deinde tēpo-  
 re cū seditione minaci macedonū clausus i regia teneretur: i  
 publicū sine satellitib; pcedit: plectoq; i uulgus diademate  
 ac purpura dare hæc eos alteri iubet: qui aut ipare illis sciat:  
 aut cui parere ipi sciāt. Se adhuc iuidiosum illud regnū nō  
 uoluptatibus sed laborib; ac piculis sētire cōmemorat. deide  
 beneficia sua: ut defectionē sociorum uindicauerit: ut darda-

Infirmiitate correptus

Decedit

Superuixit

Nereis

Laudomia

Gelo

Milo

Demetrius

Philippo

Antigon

nos thessalosq; exultātes morte Demetrii regis cōpēsauerit:  
 ut deniq; dignitatem macedonum nō solum defēderit: ueq;  
 etiam auxerit. Quorū si illos pœniteat deponere imperiū &  
 reddere illis munus suum: q̄a regē quærant: cui imperēt. cum  
 populus pudore motus recipe eū regnum iuberet: tam diu  
 reculauit: donec seditiōis auctores supplicio traderētur. Post  
 hæc bellū spartanis infert: q̄ soli Philippi Alexandriq; bellis  
 & iperium macedonum & oibus metuēda arma cōteplerūt.  
 Inter duas nobilissimas gentes bellum lūmis utriq; uiribus  
 fuit. Cū hi p uetere macedonū gloria illi non solū p illibata  
 libertate: sed etiam p salute certarent: uicti lacedæmonii: nō  
 ipsi tantum sed etiam coniuges liberiq; magno aīo fortunā  
 tulere. Nemo quippe in acie salutē pepercit: nulla amissum  
 cōiugē fleuit. Filiorū mortem senes laudabant: patribus i acie  
 cæsis uiliæ gratulabātur. Suam uicem oēs dolebant: q̄ nō ipi  
 p patriæ libertate decidissent. Parentes oēs domibus laucios  
 excipiebant: uulneratos curabant: lapsos reficiebant. Inter  
 hæc nullus i urbe strepitus nulla trepidatio magis oēs publi-  
 cā q̄ priuatā fortunā lugebant. Inter hæc Deomenes rex post  
 multas hostiū cædes toto corde suo pariter & hostiū cruore  
 madens supuenit: ingressusq; urbem nō humi confedit: non  
 cibum aut potum poposcit: non deniq; armorum onus de-  
 posuit: sed accliuus parieti cum quattuor milia sola ex pugna  
 superuissse cōspexisset: hortatur ut se ad meliora reipublicæ  
 tempora reseruarent: tamen cum coniuge & liberis ægyptū  
 ad Ptolemæum proficiscitur: a quo honorifice suscept<sup>9</sup> diu  
 & in summa dignitate regis uixit. Postremo post Ptolemæi  
 mortem a filio eius cum omni familia interficitur. Antigon  
 autem cæsis occasione spartanis fortunam tantæ urbis mise-  
 ratus a direptione milites prohibuit: ueniāq; his q̄ supfuerāt  
 dedit. Præfatus bellum se cum Cleomene nō cū spartanis ha-  
 buisse. cuius fuga oīs ira eius finita sit: nec mīori sibi gloriæ  
 fore si ab eo seruata lacedæmonia: quo solo capta sit: pdere-  
 tur. Parcere igitur se solo urbis ac tectis: quoniā hoīes: q̄ bus  
 parceret: non superuissent. Nec multo post ipse decedit: re-  
 gnumq; Philippo annos. xiiii. nato tradidit.

Spartani soli philippi alexandri q; arma cōtempserunt

Deomenes

Cleomenes

Lacedæmonia ab anti-gono capta

lz iiii



Philippus

Antigonus

Seleucus

Antiochus

Antiarathes

Lycurgus

Philopater  
ptolemaeus  
unde dicitur

Demetrius

Paulus

**I**SDEM Ferme temporibus prope uniuersi orbis imperia noua regum successione mutata sunt. Nam in macedonia Philippus mortuo Antigono tutore eodemque uirico. xiiii. annorum regnum suscepit: & in asia interfecto Seleuco ipse adhuc rex Antiochus constitutus est. Cappadociae regnum quoque Hariarathi puero admodum pater ipse tradiderat: aegyptum patre ac matre interfectis occupauerat Ptolemæus: cui ex facinoris crimine cognomento Philopater ex contrario fuit. Sed spartani in locum Cleomenis successerunt Lycurgum. Et ne quae temporibus mutatio deesset apud carthaginensem aetate adhuc imatura dux Annibal constituitur: non penuria seniorum sed odio romanorum: quo ibitum eum a pueritia sciebant: fatale non tam romanis quam ipsi aetate malum. his regibus pueris licet nulli senioris aetatis rectores erant tamen in suorum quibusque maiorum uestigiis tamen magna idoles uirtutis emicuit. Solus Ptolemæus scelestus sicut in occupando regno ita & legnis in administrando fuit. Philippum dardani ceterique finitimi populi: quibus uelut imortale odium cum Macedonum regibus erat: contemptu aetatis assidue lacebant: contra ille sumotis hostibus non contentus sua defendisse: etiam aetolis bellum inferre gestiebat: quae agitantem illum Demetrius rex illyriorum nupera Paulo romano consule uictus supplicibus precibus aggreditur: iniuriam romanorum quaerens: qui non contenti Italiae terminis imperium spe improba totius orbis amplexi bellum cum omnibus regibus ferant: Sic illos Siciliae: sic sardiniae hispaniaeque: sic deinde totius aetiae impium affectantes bellum cum penis & Annibale suscepisse. Sibi quoque non aliam ob causam quam quod Italiae finitimis uidebatur bellum illatum: quasi nefas esset aliquem regem iuxta imperii eorum terminos esse: sed & ipsi cauendum esse exemplum cuius quanto proprius nobiliusque sit regnum: tanto sit romanos acriores hostes habiturus. Super hoc cadere se illi regno: quod romani occupauerit: profiteretur: gratius habiturus si in possessionem imperii sui socium potius quam hostem uideret. Huiusmodi oratione impulsit Philippum: ut omni

sis aetolis bellum Romanis inferret: minus negotii existimantemque iam uictos eos ab Annibale apud Transimenum lacum audierat. Itaque ne ultis bellis eodem tempore grauaretur: pacem cum aetolis fecit: non quasi alio bellum translaturus: sed ut Graeciae quieti consulturus: quam nunquam in maiori periculo fuisse affirmabat. Siquidem consurgentibus ab occidente nouis penorum & romanorum imperiis: quibus una haec a Graecia & Asia sit mora: dum inter se bello discrimen imperii faciunt: ceterum statim uictoribus transitum in orientem fore. Videre se itaque ait consurgentem in Italia nubem illam trucis & cruenti belli uidere tonantem ac fulminantem ab occasu procellam: quam in quascumque terrarum partes uictoriae tempestas detulerit: magno cruoris imbre omnia foedaturam. Frequenter Graeciam igitur motus passam nunc Persarum nunc Gallorum nunc Macedonum bellis sed omnia illa ludum fuisse existimatos: si ea quae nunc in Italia concurrat: manus extra terram illam se effuderit. Cernere se quae cruenta & sanguinaria inter se bella utriusque populi & uiribus copiarum & ducum artibus gerant: quae rabies solo finiri partis alteri iterum sine ruina finitimorum non possit. Feros igitur aetolis uictorum minus quod Macedoniam quam Graeciam timedos: quae remotior & in uindictam sui robustior sit. Scire tamen se eos: quae tantis uiribus concurrant: non contentos hoc sine uictoriae fore: metuendumque sibi quoque certamen eorum: quae superiores extiterunt. Hoc praetextu finito cum aetolis bello nihil aliud quam penorum romanorumque bella respiciens singulorum uires praedebat. Sed nec Romani: quibus peni & Annibal in ceruicibus erant: soluti metu Macedonico uidebatur. Nam terrebat eos & ueteris macedonum virtus & deuicti orientis gloria: & Philippus studio Alexandri aemulationis incensus: quem praetextu ad bella industrius cognouerunt. Igitur Philippus cum iterato praetextu uictos a penis romanos didicisset: aperte hostem se his professus naues: quibus in Italiam exercitum traiceret: fabricare coepit. Legatum deinde ad Annibalem iugedae societatis gratia cum epistolis mittit: qui comprehensus & ad senatum perductus incolumis dimissus est. Non in honorem regis sed ne dubius adhuc indubitatus hostis redderetur. Postea uero cum romanis nuntiatum esset in Italiam Philippum copias traiectu



*Leuinius* rū: Leuiniū prætorem cū instructis nauibus ad prohibendum  
trāsītū mittūt: q̄ cum ī grāciā uenisset: p̄missis multis īpulit  
ætolos bellū aduersus Philippū suscipere. Philippus quoq̄  
ætolos ī romanorū bella sollicitat. Interea & Dardāi Macedo  
*Attalus* niæ fines uastare cœperūt adductis. xx. milib⁹ captiuorū Phi  
lippū a romano bello ad tuēdū regnū reuocauerūt. Dū hæc  
agūtur: Leuinius prætore in ita cū Athalo rege societate Græ  
ciā populatur: q̄bus cladibus p̄cullæ ciuitates auxiliū petētes  
Philippū legationibus fatigāt: nec nō & illyriorū reges lateri  
eius hæretes assiduis p̄cibus p̄missa exigebāt. Sup̄ hæc uasta  
ti macedones ultionē flagitabant. q̄bus tot tātisq̄ obsessus re  
bus: cui rei primo occurreret: ambigebat: omnibus tamē pro  
pediē auxilia se missurū pollicetur: nō quia facere posset: quæ  
p̄mittebat: sed ut spe īpletos ī societatis iure retineret. Prima  
tamē illi expeditio aduersus Dardanos fuit: qui absētiā eius  
aucupātes maiore belli mole macedoniæ iminebāt. Cum Ro  
*Philopoemenē* manis quoq̄ pacē facit cōtenti⁹ interim bellū Macedonicū  
distulisse: Philopœmeni acheorū duci quē romanos sociorū  
animos sollicitare didicerat: insidias prædedit: q̄bus ille cogni  
tis uitatisq̄ discedere ab eo Achæos auctoritate sua coegit.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER. XXX.

**P**hilippo in macedonia magnis rebus intento  
Ptolemæi in ægypto diuersi mores erant: Nam  
regno parricidio obtento: & ad necem utriusq̄  
parentis cæde etiam fratris adiuncta ueluti re  
bus feliciter gestis luxuriæ sese tradiderat: regisq̄ mores oīs  
secuta regio erat. Itaq̄ nō amici tātum p̄fectiq̄: uerū etiam oīs  
exercitus depositis militiæ studiis ocio ac desidia corrupti  
marcebāt. q̄bus rebus cognitis Antiochus rex Syriæ ueteri in  
*Antiochus* ter se regnorū odio stimulante repentino bello multas urbes  
ei⁹ oppressit: ipsaq̄ ægyptū aggreditur. trepidat igitur Ptole  
mæus & p̄ legatiōes quousq̄ uires parat: rogat morari Antio  
chū: magno deinde ī grāciā exercitū cōducto secūdū p̄lium

facit: spoliassetq̄ regnū Antiochū: si fortunā uirtute iuuisset  
cōtētus recuperatione urbū: q̄s amiserat: factaq̄ pace auide ma  
teriā q̄tis arripuit: reuolutusq̄ in luxuriam occisa Eurydice  
uxore eadēq̄ sorore sua Agathocleæ meretricis illecebris capi  
tur: atq̄ ita omni magnitudinē nois ac maiestatis oblitus no  
ctēs ī stupris dies ī cōuiuuiis cōsumit. Addūtur instrumenta lu  
xuriæ tympana & tripudia: nec iā spectatur rex: sed magister  
negtiæ neruorū oblectamēta modulatur. Hæc priō labētis re  
giæ tacita peltis & occulta mala fuere. Deinde crescēte licētia iā  
nec parietib⁹ regiæ dom⁹ cōtineri meretricis audacia pōt: quā  
p̄teruorē sociata cū Agathocle fratre ābitiosæ pulchritudis  
scorto quotidiana regis itupra faciebāt. Accedebat & mater  
Euāthe quæ gemie sobolis illecebris deuictū regem tenebat.  
Itaq̄ nō cōtētæ rege iā et regnū possidēt: iā ī publico uisūtur:  
iā salutatur: iā cōitatur. Agathocles regis lateri iūct⁹ ciuitatē  
regebāt: tribunat⁹ p̄fecturas & ducat⁹ mulieres ordiābāt: nec  
ql̄q̄ ī regno suo minus q̄ ip̄e rex poterat. Cū iterū relicto quī  
quēni ex Eurydice sorore filio moritur: sed mors eius dū pe  
cuniā regiā mulieres rapiūt: & ip̄iū in ita cū p̄ditissimis socie  
tate occupare conātur: diu occultata fuit: re tamē cognita cō  
cursu multitudis Agathocles occiditur: & mulieres ī ultionē  
Eurydices patibulis suffigūtur. Morte regis supplicio mete  
tricū uelut expiata regni infamia legatos Alexandrini ad Ro  
manos miserūt orātes: ut tutelā pupilli susciperēt: tuerēturq̄  
regnū ægypti: quod iā Philippam & Antiochū facta inter se  
pactiōe diuisisse dicebāt. Grata legatio romanis fuit causā  
belli grētibus aduersus Philippum q̄ insidiatus eis tēporibus  
punici belli fuerat. huc accedebatq̄ p̄cenis & Annibale sup̄  
ato nullius magis arma metuebant: reputantibus quantum  
motum Pyrrhus parua manu Macedonum ī italia fecisset:  
quātasq̄ res macedones ī oriente gessissent. Mittūtur igitur  
legatisq̄ Antiocho & Philippo ut a regno ægypti abstineāt:  
nuncient. Mittitur & M. Lepidus ī ægyptum qui tutorio no  
mine regnū pupilli administrat. Dum hæc agūtur: iterū legā  
ti Atali regis p̄gami & Rhodiōrū iurias Philippi regis que  
rentes Romam uenerunt: quæ res omnem cōtationem Ma

*Eurydice*  
*Agathoclea*

*Agathocles*

*Euamthe*

*Comitantur*  
*Antiochus*

*M. Lepidus*

*Atalus*



edonici belli senatus exemit. Statim prætestu ferendi auxilii  
 focus bellum aduersus Philippum decernitur: legionesq; cū  
 consule i macedoniam mittuntur. Nec multo post tempore tota  
 Græcia fiducia Romanorum aduersus Philippum spe pristina  
 libertatis erepta bellum ei intulit. Atq; ita cum rex iudicij urge  
 retur: pacem petere compellitur. Deinde cū expositæ conditiones pa  
 cis a Romanis essent: repetere sua & Atalus & Rhodii & A  
 chæi & ætoli cœpere: contra Philippus adduci se posse: ut  
 romanis pareat: concedebat. Ceterum indignum esse Græcos a  
 Philippo & Alexandro maioribus suis uictos & sub iugum  
 Macedonici ipsi subactos uelut uictores leges pacis sibi dice  
 re quibus prius sit ratio seruitutis redenda: quæ libertas uedicanda. Ad  
 postremum tamē eo potestate iudicia duorum mensuram sunt data: ut  
 pax quæ i Macedonia non conueniebat: a senatu peteretur. Eodē  
 anno iter insulas Theramenē & Therasia medio utriusque ripæ  
 & maris spatio terræmotus fuit: i quo cū admiratio nauigantium  
 repete ex profundo cū calidis aquis insula emerit. In Asia quo eodē  
 die motus terræ Rhodum multasq; alias ciuitates graui ruina  
 labe concussit: quasdam solidas oborbuit. Quo prodigio territis  
 omnibus uates cecinere oriens romanorum ipsi uetus Græcorum  
 ac Macedonum uoratur. Interim a senatu repudiata pace Phi  
 lippus i societate belli Nabini tyrannum sollicitat. Atq; ita cū  
 in acie exercitum instructis e diuerso hostibus perduxisset: hortari  
 suos cœpit. Referendo plures bactrosq; Indosq; & omnem asiam  
 orientis sine a Macedonibus perdomitatis: tantoq; fortius hoc bellum  
 quæ illa sustinendum: quanto sit libertas ipso carior. Sed & flami  
 nius romanorum consul relatione rerum recentissime gestarum suos  
 stimulabat i plura ostendendo hinc Carthaginem cū sicilia: inde  
 italia & hispaniam Romana virtute perdomitas: nec Annibalē A  
 lexandro quæ magno postponendum quo Italia pulso africam  
 ipsam tertiam partem mundi superauerit. Sed nec Macedonas ueteri  
 fama sed presentibus uiribus existimandos: quia non cū Alexandro  
 magno: quem uictum audiuerant: nec cū exercitu eius: quod totum  
 orientem deuicerat: bellum gerant: sed cum Philippo puero  
 imaturæ ætatis: qui regni terminos aduersus finitimos ægre  
 defendat. Et cum iis Macedonibus: quæ non ita ut præde pridē

Nota pro plinij natura  
 li historia in secundo

Theramensis  
 Therasia insula

Rhodus terremotu  
 concussa. nota pro  
 Aristide rhetore

Repudiata pace

Recentissime

Flaminij

Dardanis fuerunt illorum maiorum decora: romanos se suorum militum  
 commemorare. Non enim alio exercitu Annibalem & pœnos & to  
 rum ferme occiderunt: sed iis ipsis quos i acie habebat militibus  
 subactos. His adhortationibus utriusque concitati milites plerique con  
 currunt: alteri orientis alteri occidentis imperio gloriantes: feretes  
 quæ i bellum alii maiorum suorum antiquam & obsoletam gloriam: alii ui  
 rentem recentibus exprimentis virtutis florē. Sed Macedonas romana  
 fortuna uicit. Fractus ira quoque bello Philippus pace a flaminio consu  
 le petita nomine quæ regium retinuit: sed omnibus Thraciæ urbibus  
 uelut regni membris extra terminos antiquæ possessionis a missis  
 sola macedonia retinuit: offensi tamē æcolia non ex arbitrio  
 eorum macedonia quoque adempta regi & data sibi i primū belli es  
 set: legatos ad Antiochum mittit: qui eum adulatione magnitudi  
 nis i romana bella spe societatis uniuersæ Græciæ impelleret.

Obsoleta gloria

Philippus uictus  
 a flaminio consule

IUSTINI HISTORICI LIBER. XXXI.

MORTUO Ptolemæo Philopatre rege ægypti  
 contemptaque paruuli filii eius ætate: qui i spem  
 etiam regni relictus præda domesticis erat: An  
 tiochus rex Syriæ occupare ægyptum statuit.  
 Itaque phœnicem ceterasque Syriæ quidem sed iuris ægypti  
 ciuitates cum inuasisset: legatos ad eum senatus mittit: qui  
 denunciarent ei abstinere a regno pupilli postremis patris  
 precibus fidei suæ traditi: quibus spretis interiecto tempo  
 re alia legatio superuenit: quæ omnia pupilli persona ciuita  
 tes iure belli factas populi romani in integrum restitui iube  
 bat. Abnuenti bellum denunciatur: quod ille facile suscep  
 tum infeliciter gessit. Eodem tempore & Nabini tyrannus mul  
 tas græciæ ciuitates occupauerat. Igitur senatus ne eodem tem  
 pore duplici bello romane uires detinerentur: scripsit Flami  
 nio: si ei uideatur: sicuti Macedonia a Philippo ita græciam  
 a Nabide liberaret. Ob quæ causam ipsum ei prorogatum est.  
 Terribile quippe Antiochi bellum Annibalis nomine faciebat:  
 quæ æmuli eius occultis mandatis cū Antiocho inisse societatem  
 apud romanos crinabatur: negantes eum æquo animo sub legi

Antiochus Syriæ rex

Nabini

Prorogatum imperium





bus uiuere affuetū impio & imoderata licentia militare: sēp̄q;  
tædio quietis urbanæ nouas belli causas circūspicere. quæ  
& si fallā nūciata fuissent: apud timentes tamen p̄ ueris habe  
bātur. Deniq; senatus metu perculsus ad speculandos actus  
Annibalis legatū ī africanā Seruilium mittit. eiq; tacitis mā  
datis præcepit: ut si posset eum p̄ æmulos eius interficeret;  
metuq; iūsi noīs tandē populum romanū liberaret. Sed res  
Annibalem non diu latuit uisq; ad p̄spiciēda cauēdaq; picula  
peritū: nec min⁹ ī secūdis aduersa q̄ ī aduersis secūda cogitā  
tē. Igitur cū tota die ī oculis p̄cipum legatiq; romani ī toro  
Carthaginensiu obseruaret⁹ ī supremū fuisset: appropiante  
uespe equū cōscendit: & rus urbanū quod p̄pe littus maris  
hēbat ignaris seruis iussisq; ad portā diuertētem opperiri cō  
tendit. hēbat ibi nauēs cū remigibus occulto sinu littoris ab  
scōditas: erat etiā grādis pecunia ī eo agro præparata: ut cum  
res exegisset nec facultas fugā nec iōpian⁹ moraretur. Lecta  
igitur seruoꝝ iuuetute: quoꝝ copiā italicōꝝ captiuoꝝ nume  
rus augebat: nauē conscendit: cursūq; ad Antiochum dirigit:  
postera autē die ciuitas p̄cipem suū ac tum temporis cōsule  
in foro expectabat: quē ut p̄fectum nūciatum est: non aliter  
q̄ si urbs capta esset: oēs trepidauere: exitiosamq; sibi fugam  
ei⁹ ominati sūt. Legatus uero romanus quasi bellū iā illatū  
italiæ ab Annibale esset: tacitus Romam reuertitur: trepidūq;  
nūciū refert. Interī flamini⁹ ī græcia iūcta cū quibusdā ciuitati  
bus societate Nabidē tyrānū duob⁹ cōtinuis p̄liis subegit: &  
grauiter fractū uelut exanguē ī regno reliquit: sed libertate græ  
ciæ restituta reductis ab urbibus p̄sidiis cū Romanus ex  
ercitus ī Italiā reportatus esset uelut uacua rursus possessi  
one sollicitatus multas ciuitates repentino bello iuasit: quibus  
rebus exterriti Achæi: ne uicinum malum etiā ad se serpet  
bellum aduersus Nabidem decernunt: ducemq; prætorem  
suū Philopomenē ī signis idustriæ uig; constituūt. cuius ī eo  
belio tanta virtus enituit: ut opinione omniū compararetur  
Flamini Romano ipetatori. Eodem tempore Annibal cum  
ad Antiochum puenisset: uelut deoꝝ munus excipitur: tan  
tusq; eius aduētū ardor aīs regis accessit: ut non tam de bello

Seruilium

Pulchre de Annibale

Exegisset res

Philopomenē

q̄ de premiis uictoriæ cogitaret. sed Annibal cui nota rōana  
uirtus erat: negabat opprimi romanos nisi ī Italia posse. Ad  
hoc sibi cētum naues & decem milia peditum & mille eqtes  
poscebat. Promittēs hac mānō min⁹ bellū q̄ gesserit Italiæ  
restauratur⁹: & in asiā regi sedenti aut uicto: iā de Romanis:  
aut æquas pacis conditiones relaturum. Quippe & hispanis  
bello flagrantibus ducem tantum deesse: & Italiā notiorē  
sibi nunc q̄ pridem fuisse: sed nec Carthaginem quieturam  
sociamq; ei se sine mora præbituram: cum regi consilia placu  
issent: mittitur Carthaginem unus ex comitibus Annibalis: q;  
in bellum cupidos hortetur: Annibalemq; cum copiis affu  
tuz nūciat: nihil dicat partibus nisi animos Carthaginensiu  
deesse: Asiā & uires belli & sumptum præbituram. Hæc  
cum relata carthaginensibus essent: nuncius ipse ab inimicis  
Annibalis comprehenditur. & perductus in senatum: cum  
interrogaretur: ad quem missus esset: punico ingenio respon  
dit se ad uniuersū senatū missū. Nec enī hoc op⁹ singuloꝝ:  
sed uniuersoꝝ esse: dū multis diebus deliberāt an eū Romā  
ad purgādā publicā cōscētiā mittāt: tacit⁹ cōscensa naue  
ad Annibalem reuertitur. quo cognito Carthaginēses statim  
romā legatū deferūt. Romā quoq; ad Antiochū legatos mi  
sere: qui sub spē legationis & regis apparatū specularentur:  
& Annibalē aut Romanis mitigarent: aut assiduo colloquio  
suspectum iūisūq; regi facerent. Itaq; legati cum ephesi cōue  
nissent: ad Antiochū mandata ei senatus tradūt. Dū responsū  
expectāt oībus dieb⁹ assidui cū Annibale fuerunt: dicentes  
timide eum a patria recessisse: cum pacem romani non tam  
cum republica q̄ cum eo factā sūma fide custodiāt: nec bella  
eum Romanoꝝ magis odio q̄ patriæ amore gessisse: cui ab  
optimo quoq; etiā spiritus ipse debebatur. Has enī publicas  
inter populos nō priuatas inter duces bellādi causas esse. idē  
res gestas eius laudare: quoꝝ sermōe lætus sapi⁹ cupidiusq;  
cum legatis colloquitur: Ignarus quid p̄ familiaritate rōana  
odium sibi apud regem crearet. Quippe Antiochus tam assī  
duo colloquio recōciliatam cum romanis gratiam exissimās  
nihil ad eum sicut solebat referre: expertemq; totius consiliū

Restauraturū



VNIVERSIDAD  
D SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

& ueluti hostem proditoremque suum odisse cepit: quæ res  
tatum apparatus belli cessante imperatoria arte corruptit. Sena-  
tus mandata fuerant: ut contentus terminis asiæ esset: nec ipis  
ingrediendi asiæ necessitatem imponeret: quibus spretis non  
accipiendum bellum statuisse sed inferendum dicitur: cum fre-  
quenter de bello consiliū habuisset remoto Annibale: tandē  
eū uocari iussisse: non ut ex sententiā eius aliquid ageret: sed ne p-  
oia eū spreuisse uideretur: oibusque rogatis postremū interro-  
gasse: quo ille aduerso intelligere se pressus ē: non quia egeat cō-  
silio sed ad supplendum numerum sententiæ se uocatum: tamē & odio  
Romanorum & amore regis: apud quē solū tutū sibi exiliū re-  
lictum sit: se uia gerendi belli edisseruisset. Veniā deinde libera-  
tis deprecatus ē: nihil se aut consilio prout ceptorum presentium pro-  
bare ait: nec sedē belli graciā sibi placere cum Italia uberior  
materia sit. Quippe Romanos uici non nisi armis suis posse:  
Nec Italiam aliter quā italicis uiribus subigi. Si quidem diuersū  
cæteris mortalibus esse illud & belli genus & hominum aliis  
bellis plurimū momenti habere priorem aliquā cepisse occa-  
sionē loci temporisque agros rapuisse: urbes aliquas expugnasse:  
cum romano seu occupaueris prior aliqua ratione seu uiceris  
in etiā cū uicto & iacente luctandum est. Quāobrem si quis eos  
in Italia laceffat suis eos opibus suis uiribus suis armis posse ui-  
cere: sicut ipse fecerit. sin uero quis illis Italia uelut forte cesserit  
uirium proinde falli ac si quis amnes non ab ipsis fontium prioribus  
deriuare: sed concretis iam aquarum molibus auertere uel exic-  
care uelit. Hoc & secreto se censuisse: utroque ministerium consilii  
sui obtulisse. & nunc presentibus amicis ideo repetisse: ut sci-  
rent oēs rationē cum romanis gerendi belli: eosque foris uictos  
domi fragiles esse. Prius namque eos urbe quā imperio: prius Italia quā pro-  
uiciis exui posse. Quippe & a gallis captos & a se prope dele-  
tos esse: neque se unquam uictū priusquam terris eorum cesserit. Reuerso  
Carthaginem statim cum loco fortunā belli mutatā. Huic sen-  
tentia obrectatores amici regis erant non utilitatē rei cogitā-  
tes sed uerētes: ne probato consilio eius primum apud regē locū  
gratiæ occuparet. At Antiocho non tam consiliū quā auctor displi-  
cebat: ne gloria uictoriae Annibalis non sua eēt. Omnia igitur

*Perrogatis*

*Deprecatus*

uariis a tentationū adulationibus corrūpebatur: nihil consilio  
uel ratione agebatur. Rex ipse per hyemē in luxuriam lapsus non  
quotidie nuptiis deditus erat. Contra Attilius romanus  
fulius ad hoc bellū missus erat: copias arma cæteraque bello ne-  
cessaria summa industria parabat: ciuitates socias confirmabat:  
dubias illiciebat. nec alius exitus belli quam apparatus utriusque  
partis fuit. Itaque prima belli congressione cum cedentes suos  
rex cerneret: non laborantibus auxilium tulit: sed fugientibus  
se ducem præbuit: castraque ditia uictoribus reliquit. Deinde  
cum in Asiam præda romanis occupatis fugiendo peruenis-  
set: penitere neglecti consilii cepit: reuocatoque in amicitiam  
Annibale oia ex sententiā eius agere uelle dicit. Interim nūcia-  
tur ei Liuium Neneuium romanum ducem cum octoginta  
rostratis nauibus in bellum nauale a senatu missū aduētare:  
quæ res illi restituendæ fortunæ spem dedit. Itaque priusquam sociæ  
ciuitates ad hostes deficerēt: decernere nauali prælio statuit:  
sperans cladem in graciā acceptā noua posse uictoria aboleri.  
Annibali igitur tradita classe prius committitur: sed nec Asia mi-  
lites Romanis: neque naues eorum pares rostratis nauibus fuerit:  
minor tamē clades ducis solertia fuit. Romam nodū opio uicto-  
riae uenerat: & idcirco in consulis creatis suspensa ciuitas erat.  
Sed aduersus Annibalē ducē quis melior quam africanus frater cre-  
atur: cum uicere pœnos opus Scipionum sit? Creatur igitur  
consul Lucius Scipio: eique datur legatus frater Africanus: ut  
intelligeret Antiochus non maiorem fiduciam se in Annibale  
uicto quam romanos in uictore Scipione habere. Traiicientibus in  
Asiam Scipionibus exercitum iam utrobique profugatum bellū  
nunciatum ē: uictumque Antiochū terrestri Annibalē nauali  
bello iuenerunt. Prius igitur aduētū eorum legatos pacem petentes  
ad eos Antiochus mittit: peculiare donū Africano ferentes  
ipsius filium: quem rex paruo nauigio traicientem ceperat.  
Sed Africanus priuata beneficia a rebus publicis segregata  
dixit: aliaque esse patriæ officia: alia patriæ iura. quæ non liberis  
tantum neque etiam uitæ ipsi præponantur. Proinde gratū se mi-  
nus accipere: priuatoque impedio munificentiæ regis responsurum:  
quod ad bellum pacemque pertinet: nihil neque gratiæ dari: neque

*Attilius*

*Liuius Neneuius romanus*

*Antiochus rex*

*Liuius Neneuius*

*Lucius Scipio*

*Profugatum bellum*

*Impendio*



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

Decidi

de iure patriæ decidi posse respondit. Nam neq; de redimen-  
do filio unq; tractauit: nec senatum de eo agere pmisit: sed ut  
dignum maiestate eius erat: armis se receptur; filiu dixerat.  
Post hæc leges pacis dicuntur: ut Asia Romanis cederet: cõtē-  
tus Syriæ regno esset: naues uniuersas captiuos & trãsfugas  
traderet: sumptuq; oëm belli Romanis restitueret: quæ cum  
nũciata Antiocho essent nõdũ ita uictum se esse respõdit: ut  
spoliari se regno pateretur: belliq; ea irritamenta nõ pacis blã  
dimẽta esse. Igitur dũ ab utroq; bellum pararetur: & ingressi  
Asiã romani Ilion uenissent mutua gratulatio ilienũ ac ro-  
manor; fuit. Ilienibus Aeneã caterosq; duces a se profectos:  
Romanis se ab his pcreatos referẽtib; tantaq; lætitia oïum  
fuit: quãta esse post lögum tẽpus iter parẽtes & liberos solet.  
Iuuabat Ilienes nepotes suos occidente & Africa domita &  
aliam ut auitum regnũ uendicare optabilem Troiæ ruinã fu-  
isse dicentes: ut tam feliciter renasceretur. Contra Romanos  
auitos lares & icunabula maior; templaq; ac deor; simulacra  
iẽxplebile desyderiũ uidendi tenebat. Profectis ab Ilion Roma-  
nis Eumenes rex cum auxiliis romanis occurrit. nec multo  
post prælium & cũ Antiocho cõmissum: cũ in dexteriore cor-  
nu pulsa legio romana maiore dedecore q; piculo ad castra  
fugeret. M. amylii tribunus triginta milia ad tutelã castro-  
rum relictis armare se militas suos & extra uallum progredi  
iubet: strictisq; gladiis fugiẽtib; minari morituros dicẽs nisi  
in prælium reuertantur: infestioraq; sua q; hostiũ castra iũctu-  
ros. Attonita tanto piculo legio cõtantibus cõmilitonibus q;  
fugere eos phibuerant: i prælium reuertitur: magnaq; cæde  
edita initium uictoriæ fuit. Cæsa hostium. l. milia capta. xi.  
milia. Antiocho pacem petenti nihil ad superiores conditiões  
additum: Africano pdicante neq; romanos si uicãtur animis  
minui: neq; si uincant secundis rebus insolescere: captas ciui-  
tates inter locios diuisere: muneris romani aptiorem Asiã  
q; possessiones uoluntarias iudicantes. Quippe uictoriæ glo-  
riã Romão nomini uedicãdã: opũ luxuriã lociis relinquẽdã.

IUSTINI HISTORICI LIBER. XXXII.

Renasceretur

Eumenes

M. Amylii

A

Etoli Qui Antiochũ in bella romana ipulerant  
uicto eodẽ soli aduersus romãos & uirib; ipares  
& oĩ auxilio destituti remãserãt: nec multo post  
uicti libertatem: quam illibatam aduersus do-  
minationem Atheniensium & spartanorum inter tot græ-  
ciæ ciuitates soli retiuerant: amiserunt. Quæ conditio tanto  
illis amarior quanto serior fuit: reputantibus tempora illa.  
quibus tantis Persarum opibus domesticis uiribus restite-  
rant: quibus gallog; uiolentiam Asiæ Italiæq; terribilẽ Del-  
phico bello fregerant: quæ sola gloriosa recordatio maius  
desyderiũ libertatis augebat. Dum hæc agũtur medio tẽpore  
inter Messenios & Achæos de p̄cipatu p̄rio cõtentio: mox  
bellum ortum est. i eo nobilis Achæor; Philopomenes ipe  
rator capitur: nõ qa pugnãdo uitæ p̄ceret: sed dũ suos i p̄liũ  
reuocat: i trãsitu fosse equo præcipitatus a multitudie hostiũ  
oppressus est. Quẽ iacentẽ Messenii seu metu uirtutis uel ue-  
recundia dignitatis iterficere ausi nõ fuerũt. Itaq; uelut i illo  
omne bellũ cõfecissẽt: captiuũ p̄ uniuersam ciuitatẽ i modũ  
triumphi circũduxerunt: effuso obuiã populo ac si suus non  
hostium impator aduẽtaret: nec uictorem Achæi auidius ui-  
dissent: q; uictum hostẽ uiderunt. Igitur eũdem in theatrum  
duci iusserunt: ut oës contuerẽtur: quem potuisse capi icredi-  
bile singulis uidebatur. Deinde i carcerẽ deducto uerecũdia  
magnitudinis eius uenenum ei dederunt: quod ille læt; ac  
si uicisset accepit: quæsito prius an Ligorias præfect; Achæo-  
rum: quem secundum a se esse scientia rei militaris sciebat:  
incolumis effugisset. Quem ut accepit euasisse: non i totum  
dicens consultum male Achæis expirauit: nec multo post re-  
parato bello Messenii uicũtur: p̄cenasq; iterfecti Philopome-  
nis pepẽderunt. Interea i Syria rex Antiochus cum graui tri-  
buto pacis a Romanis premeretur: & uictus oneratusq; esset  
seu iopia pecuniæ compulsus seu auaritia sollicitat; qa spa-  
bat se sub specie tributariæ necessitatis excusatus sacrilegia  
cõmissurũ adhibito exercitu nocte tẽplum Dodonæi Iouis  
aggreditur. qua re prodita concursu incolarum cum omni  
militia interficitur. Romæ cum multæ græciæ ciuitates q̄stũ

Reputantibus

Gloriosa recorda-  
tio

Philopomenes ca-  
pitur

Ligorias

Philopomenis

Dodonæus impo-  
ter

Antigoni mors



VNIVERSIDAD  
D SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

de iniuriis Philippi regis Macedonū uenissent: & disceptatio  
 in senatu inter Demetrium Philippi filium: quem pater ad  
 latifaciendum senatui miserat: & legatos ciuitatum esset: tur  
 ba querelarum confusus adolensens repente obticuit. Tunc  
 senatus uerecundia eius motus: quia priuatim etiā antea cū  
 obles romae esset: carus omnibus fuerat: causam illi donauit:  
 atq; ita modestia sua Demetrius ueniam patri non iure dese  
 sionis: sed patrocinio pudoris obtinuit: qd̄ ipi decreto sena  
 tus significatū est: ut appareret nō tam absolutū regē q̄ dona  
 tū filio patrē: quae res Demetrio nō gratiā legatiois sed odiū  
 obtrectationis cōparauit. Nam apud fratrem Perseū aemulatio  
 illi inuidiā cōtraxit: & apud patrē nota. absolutionis cā offēsa  
 fuit: indignante Philippo plus momēti apud senatū psonā fi  
 lii q̄ auctoritatē patris ac dignitatē regiae maiestatis habuisse:  
 Igitur Perseus p̄specta patris aegritudine quotidie absētē De  
 metriū apud eu criminari: & primo inuisum: post etiā suspectū  
 reddere: nūc amicitia Romanorū: nunc p̄ditionē ei patris ob  
 iectare. Ad postremū insidias sibi ab eo paratas cōfingit: ad cu  
 ius rei p̄bationē imittit iudices: testes subornat: & facinorū qd̄  
 obiicit: admittit: qbus reb⁹ patrē cōpulso ad parricidiū fune  
 stā oēm regiā facit. Occiso Demetrio sublatoq; aemulo nō ne  
 gligētior rātū Perseus in patrē ueq; etiā & contumacior erat:  
 nec hāredē regni: sed regē se gerebat. His rebus offēsus Phi  
 lippus ipatiētius ī dies mortē Demetrii dolebat: tūc & insidiis  
 se circūuētū suspicari: testes iudicesq; torquere. Atq; ita cogni  
 ta fraude nō min⁹ scelere Persei q̄ innoxia Demetrii morte cru  
 ciabatur: p̄gissetq; ultionē: nisi prauectus esset. Nā breui post  
 tēpore morbo ex aegritudine cōtracto decessit: relicto magno  
 belli apparatu aduersus romāos: quo postea Perse⁹ usus est.  
 Nā & gallos Scordiscos ad belli societatē ppulerat: fecissetq;  
 romanis graue bellū: nisi decessisset. Nāq; galli bello aduers⁹  
 Delphos ifeliciter gesto ī quo maiore uī numinis q̄ hostium  
 senserāt amisso Breno duce pars ī asiā pars ī Thraciam extor  
 res fugerāt. Inde per eadē uestigia qbus uenerant: antiquā pa  
 triā repetiuere. Ex his pars quaedā in confluente Danubii &  
 sabii cōsedit: scordiscosq; se appellari uoluit. Tetosagi autē cū

Regem se gerebat

Circumuentus insidijs

scordisci galli

Confluens danubij &  
 sabij

Sabius .fl.

scordisci galli unde dicti

Tetosagi galli

ī antiquā patriā tolosā uenisset: cōprehēsiq; pestifera lue esset:  
 nō prius sanitatem recupaere q̄ aruspicum respōsis moniti  
 aurum argentūq; bello sacrilegiūq; quæsitū ī Tolosensē lacū  
 mergerēt. Quod omne magno post tempore Cepio roman⁹  
 cōsul abstulit. fuere auri pōdo centū decē milia: argēti pōdo  
 quin quies decies cētum milia. Quod sacrilegiū causa excidii  
 Cepioni exercituiq; eius postea fuit. Romanos quoq; Cym  
 brici belli tumultus uelut ultor sacrae pecuniae insecutus est:  
 ex gente Tetosagorū nō mediocrius populus praedae dulcedie  
 illyricū repatiuit: spoliatisq; Istriis ī p̄ania cōsedit. Istriorū  
 gentē fama est originē a colchis ducere: missis ab Aeeta rege  
 ad argonautas raptoreq; filiae p̄sequendos: q̄ ut a pōto itra  
 uerūt, Istrum, alueo Sabii fluminis penitus inuecti uestigia  
 argonautarū isequētes naues suas humeris p̄ iuga mōtiū ul  
 q; ad littus Adriatici maris trāstulerūt: cognito q̄ argonau  
 tae iudē p̄ lōgitudinē nauis priores fecisset: quos ut auectos  
 colchi nō reperiūt siue metu regis siue rēdio longae nauiga  
 tiois iuxta aq̄legiā cōsedere: Istriq; ex uocabulo amnis: quo  
 a mari concesserat appellati. Daci quoq; soboles getarū sunt:  
 q̄ cum Olore rege aduersus Bastarnas male pugnant: ob  
 ultionem segniciae capturi somnū capita loco pedū ponere  
 iussu regis cogebantur: ministeriaq; uxorib⁹: quae ipsis antea  
 fieri solebant facere. neq; hāc ante mutata sunt: q̄ ignominia  
 bello acceptā uirtute delerent. Igitur Perseus cum imperio  
 Philippi patris successisset: oēs has gētes aduersus Romanos  
 in societatem belli sollicitabat. Interim inter Prusias regē  
 ad quē Annibal post pacem Antiocho a Romanis datam p̄  
 fugerat: & Eumenē bellum ortum est: quod Prusias Anniba  
 lis fiducia rupto fœdere prior intulit. Nanq; Annibal cum  
 ab Antiocho romani inter ceteras condiciones pacis dediti  
 onē eius deposcerent: admonitus a rege in fugam uersus cre  
 tam defertur: ubi cum diu quietam uitam egisset: inuidiosūq;  
 se p̄pter nimias opes uideret: amphoras plūbo repletas ī tem  
 plo Dianae q̄si fortunae suae praedidia deposuit: atq; ita nihil  
 de illo sollicita ciuitate: quoniā uelut pignus opes eius tene  
 bant: ad Prusias contendit: auro suo in statuis: quas secum

Tolosani auri nota  
 Cepio ta pro gellio

Tolosensis lacus

Tetosagi

Istriorū gens

Sabius .fl.

De Argonautis  
 nota

Aquilegia

Istri unde dicti

Daci

De bastarnis nota  
 pro ualerio flauo

Prusias

Eumenis



portabat infusione cōspectæ opes uitæ suæ nocerēt. Deinde cum Prusias terrestri bello ab Eumene uictus esset: pliumq; i mare trāstulisset: Annibal nouo cōmento auctor uictoriæ fuit. Nā omne serpētīnū genus i fictiles lagēas conici iussit: medioq; plio i naues hostiū mittit. Id primū pōticis ridiculū uisū fictilibus dimicare: q; ferro ne queant. Sed ubi serpētibus repleti naues cōepere ancipiti piculo circūuēti: hosti uictoriā celerē: quæ ubi romæ nūciata sunt: missi a senatu sūt legati: q; utrunq; regem in pacē cogerēt: Annibalēq; deposcerēt. Sed Annibal re cognita sumpto ueneno legationē morte pūit. Insignis hic ānus triū toto orbe maxiorū ipatog; fuit mortibus Annibalis: Philopomēis: & Scipioi africani. Ex q;bus constat ānibalē nec cū italia eum Romano tonātē ipio cōtremu it: Nec cum reuersus Carthaginē summum iperū tenuit: aut cubantē cenasse: aut plus sextario uini idulisse: pudiciamq; eum tātam iter tot captiuas habuisse: ut in Africa natū quis negaret. Moderationis certe eius fuit: ut cum diuersarū gētū exercitus texerit: neq; insidiis suoz militū sit peti? unq; neq; fraude pditus: cum utriq; hostes sæpe tentassent.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXXIII.

**M**INORE Quidem reg; motu romani Macedonicum q; punicum bellum gesserunt: sed tanto clarius quanto nobilitate Macedones pce nos antecesserunt. Nam cum gloria orientis domiti & auxiliis omnium regum iuuabantur. Itaq; romani & legiones plures numero conscripserunt: & auxilia a Masinissa rege numidarum ceterisq; sociis omnibus acciuerunt. Et Eumeni regi Bithyniæ denūciatū: ut bellū sūmis uirib; iuaret. Perseo præter Macedonicū exercitū iuictæ opionis decēni belli sumpt; a patre patris i thesauris & i horreis erat: q;bus reb; istatus & fortunæ paternæ ueterē Alexandri gloriā cōsiderare oblitus suos iubebat. Prima congressio equitū fuit: q; uictor Perseus suspensam omnium expectationē i fauorem sui traxit: misit tamen legatos ad cōsulem: qui pacē peterent:

Annibalis  
Philopomēis  
Scipionis africani  
Mors eodē anno  
Moderatio & pudicia Hannibalis

quam patri suo Romani etiā uicto dedissent: impensas belli lege uicti suscepturus. Sed consul Sulpius non minus graues q; uicto leges dixit. Dum hæc aguntur: metu tam periculosi belli romani æmylium Paulum cōsulem creant: eiq; extra ordinem Macedonicum bellum decernunt: qui cum ad exercitū uenisset: nō magnam moram pugnæ fecit. Pridie q; cōfeteretur bellū luna nocte defecit: triste id ostentū Perseo omnibus prælagientibus: finemq; Macedonici regni portendi uaticinantibus. In ea pugna. M. Cato Catonis oratoris filius dū inter cōfertissimos hostes insigniter dimicat: equo delapsus pedestre præliū aggreditur. Nam cadentē manipulus hostium eum horrido clamore uelut iacentē obtruncatur circumsteterat. At ille citius corpore collecto magnas strages edidit: cum ad unum opprimendum undecunq; hostes conuolarent: dum porcerum quēdā peti: gladius ei e manu elapsus i mediam cohortem hostium decidit: ad quem recuperādum umbone se ptegens inspectante utroq; exercitu iter mucrones se hostium immerisit: collectoq; gladio multis uulneribus exceptis ad socios cū clamore omniū reuertitur. huius audaciam ceteri imitati uictoriam pepere. Perseus rex fuga cum decem milibus talentum famothraciam defertur: quem Cneus Octavius a persequendum missus a consule cum duobus filiis Alexandro & Philippo cepit: captumq; ad cōsulem duxit. Macedonia a Carano: qui primus in eo regnauit usq; ad Perseum triginta reges habuit. Quorū sub regno fuit quidem annis nō ingentis & uiginti tribus: sed rerū nō nisi centum nonagita duobus annis potita. Ita cū i diuisionē Romanorum cessisset magistratibus per singulas ciuitates constitutis libera facta est: legesq; quibus adhuc utitur: a Paulo accepit: Aetolorum uniuersarum urbium senatus cū coniugibus & liberis: qui dubia fide fuerant romam missus: ibiq; ne in patria aliquid nouare diu detentus: ægreq; per multos annos legationibus ciuitatum senatu fatigato in patriam quisq; suam remissus est.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXXIII.

I iii

Sulpitius

Æmylius extra Ordine  
paulus

M. Cato

Cato orator

Cn. Octavius

Alexander

Philippus

Caranus

Caranus p  
rex maced  
niq. nota  
joro Aufon



**P**OENIS Ac Macedonibus subactis atolorūq;  
uirib⁹ p̄cipū captiuitate debilitatis soli adhuc  
ex grācia uniuersa Achæi nimis potentes tunc  
temporis Romanis uidebātur. non p̄pter singu  
larum ciuitatū nimias opes: sed p̄ cōspirationē uniuersarū.  
Nāq; Achæi licet p̄ ciuitates ueluti p̄ mēbra diuisi sint: unū  
tamen corpus & unū ipiū habēt. singularūq; urbiū pericula  
mutuis uinibus ppullāt. Quæretib⁹ igitur romanis cās belli  
tēpestiui fortuna querelas Spartanorū obtulit: quorū agros  
achæi p̄pter mutuū odiū populabātur. Spartanis a senatu res  
p̄solum e: legatos se ad inspiciēdas res sociorū & ad iuriā demē  
dam i grāciam missuros: sed legatis occulta mādata data sūt:  
ut corpus Achæorū dissoluerent: singularq; urbes p̄p̄rii iuris  
tacerent: quo facili⁹ ad obsequia cogerentur: & si quæ urbes cō  
tumaces essent: frāgerētur. Igitur legati omniū ciuitatum p̄  
cipibus Corinthū euocatis decretū senat⁹ recitāt: quod cōsiliū  
habeāt: aperiūt. expedire oībus dicunt. ut singulæ ciuitates  
leges suas & iura sua habeant. Quod ubi omnibus inotuit:  
uelut in furorē uersū: uniuersum p̄grinū populū trucidāt:  
legatos quoq; ipsos romanorū uiolassent: nisi audito tu  
multu trepidi fugissent. Hæc ubi romæ nōnciata sunt: statim  
senatus Mumio consuli bellum Achaicum decernunt: qui  
extemplo exercitu deportato & omnibus strenue prouisis pu  
gnandi copiam hostibus fecit. sed achæi uelut nihil negocii  
romano bello suscepissent: Ita apud eos neglecta oīa & solu  
ta fuere. Itaq; prædam non prælium cogitantes: & uehicular  
ad spolia hostiū reportanda duxerunt: & coniuges liberosq;  
suos ad spectanda certamina i montibus posuerūt. Sed p̄lio  
commisso ante oculos suorū cæsi: lugubre his spectaculum  
sui & grauem luctus memoriā reliquerūt. Cōiuges quoq;  
& liberi eorum de spectatoribus captiui facti præda hostium  
fuere. Vrbs ipsa corinthus diruitur: populus oīs sub corona  
uenditur: ut hoc exemplo cæteris ciuitatibus metus nouarū  
rerum imponeretur. Dum hæc aguntur: rex Syriæ Antio  
chus Ptolemæo maiori sororis eius filio regi ægypti bellum  
infert: regni admodum & quotidiana luxuria ita marcido: ut

Achæi

Violassent

Mumius

Lugubre spectaculi & gra  
ue luctus memoriā

Corinthus diruta

Imponeretur metus

Antioch⁹  
Ptolemæ⁹

non solum regis maiestatis officia intermitteret: uerum etiā  
sensu hominis nimia sagina careret. Pulsus igitur regno ad  
fratrem minorem Ptolemæum Alexandriam confugit: par  
ticipatoq; cum eo regno romam legatos ad senatum mittit.  
auxilia petunt: fidem societatis implorant. mouere senatum  
preces fra rum. Mittitur igitur legatos. P. Popilius ad Antio  
chum: qui abstinere eum ægypto aut si iam incessisset: exce  
dere iuberet. Cum in ægypto eum inuenisset: osculumq; ei  
rex obtulisset. (Nam coluerat inter cæteros. P. Popiliū. An  
tiochus cum romæ obses esset) Tunc Popilius faceffere in  
terim. priuatam amicitiam iubet: cum mandata patriæ inter  
cedant: prolatoq; senatus decreto & tradito cum conctari re  
gem uideret: consultationemq; ad amicos referre. Ibi Popili  
us uirga: quam in manu gerebat amplo circulo inclusum.  
ut amicos caperet consulere iubet: nec prius inde exire q̄ res  
ponsum senatui daret: aut pacem aut bellum cum Romanis  
habiturum. Adeoq; hæc asperitas animum regis fregit: ut pa  
riturum se senatui respōderet. Reuersus i regnū Antioch⁹ de  
cedit: relicto puulo admodū filio: cui cū tutores dati a popu  
lo esset: patru⁹ ei⁹ Demetri⁹ q; obses romæ erat: cognita mor  
te Antiochi fratris senatū adiū: obsidēq; se uiuo fratre uēisse:  
quo mortuo cuius obses sit se ignorare. Dimitti igitur se ad  
regnū petēdū æquū esse: qd̄ sicuti iure gētū maiori fratri ces  
serit: ita nūc sibi q; pupillū ætate atcedat deberi: cū se nō di  
mitti aiaduertet a senatu tacito iudicio tuti⁹ apud pupillū  
q̄ apud eū regnū futurū arbitrate specie uenādi ab urbe p̄fe  
ctus: hostis tacit⁹: cū fuge comitib⁹ nauē cōscēdit. Delat⁹ i Sy  
riā secūdo fauore omniū excipitur: regnūq; ei occiso pupillo  
a tutorib⁹ traditur. Eodē tēpore ferme Prusias rex bithyniæ  
consilium cepit interficiendi Nicomedis filii: dum cōsule  
studet minoribus filiis: quos ex nouerca eius susceperat: &  
romæ habebat. Sed res adolecētī ab his: q; facin⁹ suscepant:  
p̄ditur: hortatiq; sunt: ut crudelitate patris puocat⁹ occupet  
iudicium: & in auctore retorqueat scelus: nec difficilis p̄uasio  
fuit. Igitur cum accitus i patris regnum uenisset: statim rex  
appellatur: Prusias regno spoliatus a filio priuat⁹ redditur.

Participato regni

P. Popili⁹

Faceffere

Popili⁹ facin⁹

Prusias

Nicomedes



etiam a seruis deseritur: cum in latebris ageret: non minori scelere q̄ filiu occidi iusserat a filio interficitur.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXXV.

